







colorchecker CLASSIC

+




+

x-rite

mm

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20  
(cm)



Albertus

Alexius

Mithred

Acacia

litt

dep

18

thus  
ius  
book

~~H 57~~

~~27792~~

XV: Sieck.

618

Table des ouvrages Contenus dans ce Recueil.

Michelis Alcibi de memoria artificiali libr.  
pag. I. #107

ars memoriae et obliuionis authore Adamo Bruvio  
pag. 13.

Giedeon nomenclator mnemonicus. pag. 82-

artis memorativaes Mathewi tractatus cum nonnullis  
plinii et gordani documentis. pag. 117.

faenix petri Tomatis memoria magistri. pag. 125.

jacobi pubblii in arte memoria libr. pag. 141.



Digitized by srujanika@gmail.com

abord) quando se acha no mesmo dia de nascimento (nº

• C. E. 1931.

• 158. preg. oestrous with vulva relaxed, vulva  
slightly swollen. Vulva pink. Vulvar orifice  
• 159. vulva relaxed & fairly  
• 160. vulva relaxed & fairly  
• 161. vulva relaxed & fairly



SIMONIDES REDIVIVUS,  
<sup>five</sup>  
ARS MEMORIAE,  
ET OBLIVIONIS, (QUAM  
hodiè complures penitus ignorari scri-  
pserunt) tabulis expressa.

*Authore*  
ADAMO BRUXIO SPROTTA-  
SILESIO, DOCTORRE, ET MEDICO  
Halensi, apud Saxones.

Nomenclator mnemonicus, ejusdem  
authoris.

*Omne opus difficile apparet, antequam tentaveris.*



10

# LIPSIAE, f

*Impensis Thomae Schureri Bibliopolæ Lipsiensis.*  
- f 2.

• 6

THE  
LIBRARY



Ecclesiast. cap. 11. vers. 7.

Priusquam perquisiveris, ne crimineris; cognosce primum, atq; tum increpa.



Scala viro, currus puer, quod scipio Acestæ;  
Hoc memorativâ prestat in arte Locus.

) 2



*Aristoteles de memoria cap. 2.*

**C**onfuetudine motus animi alij alios, ut hic illum sequuntur. Cum ergo recordari vult unusquisque, hoc faciet, quæretq; quemadmodum principium motus animi reperire possit, quem ille consequatur. Itaq; celerrimè, atq; præclarissimè ducuntur à principio recordationes. Quam enim res inter se habent ordinis rationem, eandem etiam motus animi habent. Quædamq; facilè memoriam comprehendendi possunt, ea quæ ordine quodam constant; alia verò difficulter.



*Quintil. lib. 6. cap. 2.*

**T**entabo etiam de hoc dicere, quas φαντασίας Græci vocant, nos sanè visiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præsentes habere videamus.





15.

ILLUSTRISSIMO, POTEN-  
TISSIMO, ATQUE CONSIDERA-  
TISSIMO Principi ac Domino,

DN. MAURITIO,  
LANDGRAVIO HASSIÆ, CO-  
MITI CATTIMELIBOCORUM, DECI-  
orum, Zigenhainæ & Niddæ, &c.

Sacri Romani Imperij Columini Es  
Lunini,

Domino Clementissimo.

BIBLIOTHECA  
MUNICIPALIS  
CITY OF LONDON Nter ea, eaq; varia, Princeps  
Illustrissime, genera hec inum, varie  
de operibus atq; laboribus aliorum ju-  
dicantium, hæc duo quoq; reperiuntur:  
alterum quidem eorum, qui veterum  
placitis, decretis & inventis solis stan-  
dum, nihilq; novi attentandum esse  
statuunt. Atq; bis sanè videntur longè ineptissimi ac ridicu-  
li esse, properea, quod omnem ingenij gloriam viris doctis  
præceptam, omnem philosophandi & inveniendi libertatem  
velim adem tam, pigrasq; & iliberalissima aliorum manci-  
pia requirant. Quid enim queso aliud faciunt, quam quod  
ex paucum observationibus, præceptis, vigilijsq; & commen-  
tationibus, sua, filiorumq; scordie atq; ignaviae querunt pa-  
trocinia? Turpe autem est, reliet à humani ingenij libertate,  
natura lumen, discernendi, effingendiq; facultatem omnem  
posterioris eripere, ex aliorum duntaxat mellificio, fucorum

21  
EPISTOLA NUNCIPATORIA.

instar, vivere, neque donum, quod in nobis est, excitare velle. Ne at hac nostra non minus felix fuit, atq; etiam num est in inveniendo & corrigendo, quam illa superior & pristina. Quod et si plurimis exemplis ostendi posset: ex ijs tamen pauca, eaq; novissima, aduacemus: cum vulgata, minusq; nova, minus etiam (quod mnemonicæ quoq; artis preceptum est) movere soleant.

Dantur hoc tempore instrumenta speculatoria, quorum beneficio longinquæ, & aliquot milliaribus à nobis rempta, satis exactè cernuntur: quod multis vel non, vel certè incantationis visieri, sed falso videbitur. Hujusmodi speculum ante dies non multos habui, cuius usum ut explorarem, turrium, quas hic templum D. Mariae virginis (in quo superiori estate Celsitudo tua fuit) unam concendi. Eius igitur auxilio exactissimè vidi adspicere, horumq; partes, que in monte D. Petri, qui locus duobus milliaribus Halæ distat, adhuc supersunt. Optarim me altera vice in turri Cremonensium altissimâ, aut Argentoratensem, præter insignem sublimitatem, artificiosissimâ verèq; Dadaleam: idq; solius spesuli hujus exercendi melius, gratia. Inde enim vel pluri- bus milliaribus dista loca, oculos incurvata, propinquissimâ que visum iri sperarem. Majus etiam quiddam huic instrumento subest, omni apud plerosq; fide & admiratione superiorius, quodq; idcirco sine demonum ope & industria non posse fieri multi juraverint. Etenim qui ejus usum, Babylonicaq; turris (communiter sic dicta) cognitionem habuerit; is absque ullo literarum vel nunciorum interventu, cum absentibus, & satis etiam quandoque remotis potest colloqui.

Novi etiam modum, quo quis alteri, maximo locorum intervallo, & plusquam centum milliaribus disjuncto, animi sui sensa in punto temporis posse patefacere, sinet abelarijs,

larijs, sine literis, sineq; ullis(juro) malignorum spirituum ministerijs. De cuius tamen posterioris veritate sicut nullus dubito: ita certi nihil impræsentiarum asseverabo: cùm ad probandum examinandumq; illum hactenus mibi defuerint occasiones. Ut hoc nomine rectissimè à Comico scribatur: Nunquam ita quemquam bene subducta ratione ad vitam fuisse, quin res, etas, & usus semper aliquid appor-tarint novi.

Sæpe cogitavi de cibano & igne, quibus vini Spiritus in museo, mensag; destillari, olea rectificari, & extracta, salia, aliq; id genus, calorem mediocrem, oculumq; diligenter desiderantia, preparari queant. Tardiosum enim ut plurimum est, si in laboratorio, & loco, igne & balneo confectis hec peragantur, toties à libris, alijsq; rebus agendis discedere, chymicog; artificio animalium oculosq; intendere. A quo diutius, quam par erat, si abfueris: fieri facile potest, ut cum Spiritu, vini phlegma permisceatur, extracta plus justo inspissentur, viresq; potiores amittant. In hypocausto vero & cubiculis, communis destillationis via, per balneum Maria, cineres aut arenas hec velle peragere & cavere, consultum bone valetudini neutiquam est: quippe cùm pruna adhibeantur, que praterquam quod sanitati vehementer insidiantur, atque, in conclave præsertim angusto & camini experto, adversantur, quemadmodum excellentissimi viri & medici, puresq; tragici casus id testantur: sumum etiam non raro concitant oculis permolustum, liberosq; & alta cubiculi contenta detur panten. Quid nro. & de si quod etiam vix ita tractari possunt, quo minus manus de-nigrentur? Quid aquæ videtur officere literato, atque carbonarius fulloni, de quo fabula extat. Balneo autem si utaris, exhalationes ob aquam calore resolutam geminabuntur, in cuius locum non raro aqua nova affundenda est. Id nibus &c.

Querc. in

Tetr. pag.

gnat. rer. in-

tern. pa. ii. 4.

Pareus in

tract. de Re-

nunciatio-

quod

•

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

quod non operosum duntaxat, verum etiam damnosum libris  
& chartis existit, propter guttas inter affundendum (vix enim  
eas cauebis) in mensam destillantes.

Scio equidem lampadibus, ex S. V. oleo vel cerâ præpara-  
tatis ea, quæ dixi, posse præstari. Sed quantum ad S. V. attinget,  
is non tantum magni, in his nostris præcipue regionibus, con-  
stat; sed etiam peculiarem præparationem, antequam eo ut-  
taris, desiderat. Oleum autem manus reddit unctuosas, plu-  
rimâq; clibanum fuligine inficit. Neg. cera commode, ci-  
trag, dispendium potest tractari. Et nisi elychnia diligentii  
subtilissimâq; manu tractentur, dicto citius lampas nulla erit.  
Quæ omnia nostro, qui sequitur, modo facile vitantur:  
quamvis & lampades suam mereantur laudem, apud ditiones  
præsertim, quas eis S. V. vel strumentorum, noverunt sustentare  
& sover. Qui nostram fornaculam usurpaverit, cum  
ubi semel alembicum cum Recipiente adaptavit, circa ignem  
occupari, aut à libris, mensâq; discedere necesse non est, cum  
famulus vel quicunq; aliis reliquo operi persicundo sufficiat.

Accipiantur igitur, later quadratus unus pro basi, tu-  
jusmodi sunt, quibus pavimenta & soci sternuntur: & tegu-  
la resectis caudis numero quatuor, quarum prima circulari-  
ter in inferiori parte excavetur, secunda exigo foramine sit  
pervia, tertia & quarta plana permaneant. In promtu et-  
jam sit canna ferrea caudata, exquisitissime ore suo excavata  
tegula prima respondens: cauda vero secunde tegula foramen  
ita ingrediatur, quo inter dictam cannam & tegulam, que  
caudam ipsius excipit, spaciun pollicis transversi relinqua-  
tur. Quibus rite & è regione dispositis, lateriq; illi quadra-  
to superstructis, reliqua due tegulae adjungantur, exq; hisce  
omnibus, sapientia luto comprehensis & agglutinatis, secun-  
dum artem (ut loquuntur Medici) fiat fornacula, in qua  
vis loca & conclave portatu non difficultis. Præstò deinde

quo g;

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

57.

quog, sint operculum, os canne exactissimè obturans, & tegula bifida major, habens in medio circulum excavatum, per quem impositum alembicum legitime emineat. Prater fornaculam, pilæ aliquot ferrea habeantur, ejus magnitudinis, ut cannam dictam ferè adimpleant, nullo tamen negotio eximi inde rursus possint, cum forcipe, cuius extremitates interiores quadantenus profunda, exteriores verò protuberantes esse debent, quò videlicet facilius pilas comprehendant & trahent. Quod si tamen ferramenta oblonga, pra' globosis elegeris, forceps vulgaris sufficiet.

In usu fornacula ità procedendum. Primum lateres tres vel quatuor extra conclave componuntur, quemadmodum facere conservaverunt muliercula, quando amictoria contorquere ad placitum & flectere cupiunt. Intra hos, carbones succenduntur, pileq, iniiciuntur. Interea dum hæ excandescunt, vasa cum materiâ destillandâ ritè locantur, adhibitis cinere, arenâ vel ferri limaturâ, priùs calefactis clibanog, immisis. Quo facto pila una vel plures candentes rutilantesq, cannae induntur, cuius os protinus obturari oportet. Hisce refrigerentibus & exemptis, continuò alia candentes succedunt, prioribus intra prunas iterum conjectis. Facile autem, quotà quāq, horā repetendus hic labor à famulo sit, animadvertisse. Ità ergo compendiosè, absq, ullo vapore vel fumo, atq, etiam conatu inter alia studia distillationibus, rectificationibus & extractionibus Clymæ studiosi & amatores incumbere, hocq, binc insuper commodi habere possunt; quòd hyberno tempore unâ eademq, operâ & expensâ, cùm globos illos ferreos cande-, tum hypocauustum quog, calcificare possunt. In quorum proin gratiam, licet prater institutum nostrum id sit, fornacula effigiem subjungere volui.

Ceterum et si hæc primâ fronte egregia, & ad utilitatem jucundam eorum potissimum, qui in academijs agentes, lo-

)::( cum

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

cum destillandi singularem non habent, pertinere videantur: puerilia tamen serè sunt. si conferantur ad inventa alia graviora, ex quibus plurimum fructus & delectationis ad natura indagatores redire solet, quò sequens inventum jure merito refertur.

Quanquam carbonum fumos ac nigrorem nunquam simveritus, neque etiamnum, quò minus Chymicis incumbam operationibus, verear: tamen summopere exceptandum, maximis beneficis & adjumenti loco habendum esse duxerim, ejusmodi laboratorium, in quo neque carbo, neque carbonum fumus percipiatur. De tali non ita pridem vir quidam, virtute, ingenio, & Hermetica gloria praezellens, ex peregrinis locis adveniens, erga me predicabat. Artificium lubentissimus sanè cognovissem: obtinere verò ab eo id, quippe cui tanquam inventori erat secretum, non potui. Ansam tamen optimus vir praebat hanc ratione, de re longè utilissimā sedulò cogitandi & speculandi. Videorgi mibi rem acutetigisse: quanquam quod animo concepi, opere manuque nondum compleverim. Unica fornax major extra laboratorium alicubi delitescens sufficit ad plures fornaculas, ad balnea, vaporaria, cineres, arenas, ferri scobes, &c. ad varios denique ignis gradus, quorum absque mora ullâ, fermèque in momento particeps fieri, extra ullum planè laborem, ignisque novam successionem posse: aquè facile, prorità ac definitè, atque cum ex dolie vel canali, aqua in parvâ vel magnâ quantitate erumpit, prout nimisimum epistomium parùm aut multùm loco suo moveretur. Nec cinerum, quorum hic nulli adsunt, subractione unquam est opus; non manuum ablutione; non instrumentorum vitreorum, aliorumque, à pulverulentis & carbonarijs sordibus, abstersione. Munda & terfa hic omnia. Res profectò exceptatissima omnibus, qui igne rerum anatomias aggred-

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

aggreduintur: quæq; in causâ esse possit, plures operis Spagyricas, uno eodemq; & quoq; tempore absq; magnis molestij suscipiendi.

Quam de fornacibus, posteriore in primis, narrationem Celsitudini Tuæ non ingratam fore spero, tanquam per accommodissima Chymius exercitus, quibus C. T. veehmenter duci atque oblectari, cum ex alijs multis rebus apparet: tum ex publico operarum Spagyricarum fano, in gratiam purioris philosophiae atque medicina studiosorum, nuperrimè, non sine magnis sumptibus à C. T. Marpurgi constructo: & ex novâ Chymiatrica professione, ad quam præcul dubio oculis jam pridem notavit, jamq; designavit virum clarissimum, Dn. Joannem Hartmannum, Medicinæ Doctorem, & solertissimum rerum naturalium vel abstrusissimarum indagatorem. Primus Chymiam, Princeps potenter, ab omnibus Academijs exulantem & fermè explosam, in tuam vocas, eiq; locum honoratissimum destinas. Quia enim es Princeps omnium literatissimus, idcirco etiam in supplendo Universitatum defectu perspicacissimus, iuvandaq; repub., cuius totius fundamentum est recta adolescentum educatione & institutio, es prudentissimus liberalissimusq;. Ignominiam, quâ Chymico-mastiges antehac artem istam nobilissimam deformare, invidiamq; cultoribus ejus apud viros illustres & bonos conflare conabantur, removisti: illam ex Academijs extirpatam & exturbatam, proindeq; suilitatis, impietas & nequitie criminè condemnandam esse clamitantes: modo non absimili, quo olim Judæi doctrinam nostri Salvatoris, Christi, eò quod Pharisæorum principes & Synagogæ eam non amplecterentur, nitebantur populo suspectam reddere.

Utimini igitur, ô Medicinæ vece Candidati, hâc Mauricij, Principis magni munificentia: agnoscite Hartmanni, Professoris chymiatrici per quam industrij favorem, qui

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

tamen, ne porcis margarita e projiciantur, secretaque omnia,  
In calce Legis. omnibus siant manifestissima, & trivialia, philosophice  
cavebit. Res sacrae, ait Hipp. sacris hominibus demonstran-  
In Ideâ Me- tur: profanis id fas non est, priusquam scientiae orgyis initien-  
dic. cap. 15. tur. Neq; enim quemvis cum Petro Severino ad Diana bal-  
nea admittendum, neq; servatam à seculorum exordiis vir-  
ginitatem temere profanandam censeo. Janua vobis, orna-  
tissimi juvenes, in inclytâ Mauritanâ panditur ampla, occa-  
sio q; offertur ad naturae mysteria explorandum expedita, que  
certe nondum in Italia, nondum in Gallia, alijsq; locis acade-  
micas vel remotioribus cuiquam patuit. Ingredimini igitur,  
& modestiam, submissionem, ignorantia confessionem, & di-  
scendi cupiditatem ingenuam (hac enim requirebant Antiqui  
à discipulis) afferte, & immensâ gratitudine Principis landa-  
tissimi liberalitatem, Hartmanniq; dexteritatem prosequi-  
mini. Ad quos vel ipse Galenus, si reviviseret, discendi  
causa accederet, demiraturus & exosculaturus tot tantaque na-  
ture abdita, à posteritate eruta: exultaturus de tanto Medi-  
cina incremento: refutaturus deniq; verbis gravissimis istam  
mancipiorum suorum maledicendi licentiam. Sed unde dis-  
gressus sum, redeo.

Alterum igitur genus eorum hominum est, qui experi-  
entiâ & exemplis convicti concedunt equidem, multa adhuc  
esse in rerum naturâ, à veteribus non explicita, non cognita;  
sed ab hoc demum seculo inventa & invenienda: quia verò  
discendi nova & meliora, occasione destituuntur, vel data  
praecepta, suo etiamnum enucleanda sudore indignantur, seq;  
superiores & doctiores agerrimè patiuntur: ideo alios, nihil  
propterea intentatum relinquere, addiscereq; volentes prohibe-  
bent, impediunt, animosq; mortalium, ad criminandas artes,  
artificesq;, subtili oratione inducunt, accendunt, & nisi quod  
ipsi noverint vel fecerint, nil rectum volunt.

Utrorsq;

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

Utrosq; adversos mihi praevideo : hos quidem, quod ex tabulis sensum verum & desideratum non sint statim (nisi prius artis nostræ fundamenta edociti accedant) percepturi ; illos autem, quod artem reminiscientia nullam verè fuisse, aut si unquam extitit, penitus intercidisse opinentur.

Quorum telis objectum cum me animadverterem, de summo aliquo patrono, sub cuius umbrâ & tutelâ delitescerem, cogitare cœpi. Elegi verò Celsitudinem Tuam praे alijs omnibus, spe plenus, me Veneris suem non esse, ut habet ad agium, i molaturum, quocunq; sanè C. T. erga hanc artem (quod me latet) sit animo. Non amare illam fortasse possit ; & odisse profectò non poterit, cum propter alias causas, tūm propter divina ingenia & virtutes eorum, qui ipsam excolu erunt. Etsi igitur, ut cum poetâ canam,

Pagina judicium docti subitura movetur  
Principis :

tua tamen Celsitudini hos meos labores, sub quibus etiam Nomenciatorem mnemonicum padinuntum comprehendo dedicare & consecrare volui, ut maximum illum favorem ac benevolentiam, quâ C. T. nostram medico-chymicam facultatem exemplararo, planeq; novo prosecuta est, gratâ & submissâ voluntatis significatione celebrarem.

Deus Opt. Max. qui solus gubernationes felices largitur,  
quiq; Regum & Principum cor in manu suâ habet, illudq; quod vult, inclinat ; Celsitudinem Tuam scholis & ecclesiis quam diutissimè florentem ac superstitem conservet, & consilia Ejusdem itâ dirigat, ut patriæ nostra tranquillitas exoptata retineatur, studium pietatis excitetur, ataq; hæc nostra, à corporeâ & mortuâ, ad Spiritualem vitalemq; philosophiam atq;

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

medicinam, indies magis magisq; deficiat. Dabam Hale Saxe.  
num, anno ab orbe redempto, M. D C. X. mense Julio.

Celsitudinis Tuæ


Cliens obsequentissimus

Adamus Brux, D.



Clibans

Clibani, cuius in dedicatione mentio facta fuit, 20.  
delineatio.



- A. A. A. A. Tegula bifida.
- B. B. Cineres, arena, vel ferri limatura &c.
- C. C. Operculum.
- D. D. Canna ferrea.
- E. E. E. E. Pila ferrea.
- F. Ferramenta oblonga.
- G. Forceps, cuius extremitates paululum excavatae.
- H. Later anterior circulariter excavatus, cui os cannæ inseritur.
- I. Later posterior, cannæ caudam excipiens.
- K. Cucurbita vitrea, collum latissimum habens.

In



In Viri Clariſſ.

Dn. ADAMI BRUXI  
MEDICINÆ D.

ARTIS MEMORIÆ TABULAS.

B Rux i quid audes? quæ nova-te-vetus  
Tangit cupido, MNE MOS RNEs sacris  
Te mancipare, atq; in facellum

Indugredi varijs refertum,

Rerumq; formis, atq; locis scatens

Non negligendis; scilicet ut tui

Dives penu vocabulorum,

Accumules cerebri theatro?

Credenda paucis res ea; pluribus

Inanis, & que maceret ingenI

Tantum tribunal, occupando

Mille locisq; , notisq; mille.

Lib. 3 vari- MURE TUS isthac mente etiam prius  
ar. lect. c. I. Secum revolvit, nec SENECÆ fidem

Dedit prius quam comprobatum

Ipse oculis babit, auribusq;

At ostendit! CORSICU s en fidem

Suprælevatus, ne minimo hæsitans,

Latina, græca, vana sensu,

Sensu animata vocabulorum.

Sursum

Sursum, deorsum dicta recensuit  
Triginta, & ultrà, millia. Tute quid?  
Mortalium suprāne captum.

21.

Istud opus Genij putabis?

Non herclē suprà. SIMONIDES vide,

Hac arte quisē, non similem sibi

Novisse, multū gloriatur,

Lustra quater bis agens senecta.

Sit plurium instar TULLIUS unicus,

Illa estimandæ SVADA loquentiae,

Quinixus ista hac arte, quosvis

Mellifluo superavit ore.

Natura ductrix multa equidem valet,

Cui jure justa laus etiam sua.

Tributa semper: at MINERVA

MNEMOSTYNES animata formis

Felicius se & certius exserit,

Ac impedita progredivs via,

Ceu Thesei deductaflo,

Quilibet ex serie recenset.

Hoc eminentes ingenij bono,

Et publicatis conspicui Libris

Plures videntur, quos moriri

Laudes sua Genius vetabit.

Talis RAVENNAs, MARAFIOTUS &;

Tales & illi, SCHENCKELIUS modò

Quos publicavit, talis ipse:

MNEMOSTYNES celebrisq; Templo

OC.

SEN-

• 12 SENNERTUS, alma Leucoridos jubar  
Inter medentum Lumina: talis &  
SEBALDUS ille SMARIGUSUS,  
Teutonicā memorans loquellā  
Laudata MNENES commoda; non procul  
Tuo recensens à Genio genus,  
Dilecte BRUXI, Fratris instar  
Usg̃ meis celebrate Musis.  
Hos praeentes tu sequeris propè,  
Nulli secundus, MNEMOSTNES decus  
Argutulis monstrans Tabellis,  
Et facili methodo revelans  
Abstrusiores artis opes. O i  
Dexter theatrum pandere nobile!  
Omnemq̃ monstrans adparatum.  
Intimius vehito in penetral.  
Nox heic tenebris nil tegit; heic nihil  
Sol fulguranti lumine præpedit:  
Sed lux ubiq̃ est rebus æqua-,  
Et loca quæ docet, & figuræ,  
Quæ collocandis congrua voculis,  
Et apta formas sumere quaslibet,  
Quas vera, ficta, ignota, nota.  
Suppeditant locuplete cornu.  
Doctore te intret discipulus frequens  
Ædes verendas, & Tabulas sequens  
Exasciatas, in suomet  
MNEMOSTNE N cerebro figuret

Formas

Formas ad omnes. Laus tibi (credito)  
Perenni-vivens surget, & entheis  
Æquatus, humanus supra ibis  
Ingenij hoc genitore mentes.

22.

Caspar Cunradus Phil. &  
Medicinae D. Bresl.



XX 2

UT

**U**T Venerem parvâ Cous testudine pinxit  
Dum sedet & veh tur per mare nata mari:  
Sic nunc expolij *memorandi BRUXIUS artem*,  
Designans tabulis obvia gesta suis;  
Condita quæ possint animi retinere fideles,  
Dum sua vitalis pectora sanguis habet.  
Ille docet paryis comprehendere magna figuris,  
Hac serie nobis Cous & alter erit.  
Sic nota diversis disponitur insita rebus,  
Unde quod inquires certior esse queas.  
Atq; ita quæsitas signum te dicit ad oras,  
Recta velut Thesei pollice fila geras.  
Has etiam novit proles Perseia formas,  
Milibusq; dedit nomina certa suis.  
Atq; Neoclides docuit Pandionis oris,  
Qualia *mnemonica BRUXIUS arte* moner.  
Talia qui tractat, quali tractandus honore est?  
Inscribi æternis debet & ille notis.

*JOAN. SIGLICRIUS D.*

In



In artem  
MEMORIAE ET  
OBLIVIONIS  
Præfatio.

**D**idi ante annos non multos,  
Dialogum quendam Medicochy-  
micum, qui primum Hale excu-  
sus, postea etiam, me licet igno-  
rante, marginalibus illustratus,  
Et majori fortasse, quam conveni-  
ebat, laude decoratus, alibi impressus prodijt. Huic,  
pudore Et ingenuâ quadam (ut cum Cicerone loquar) Lib. 2 de  
timiditate motus, nomen meum non præfixeram.  
Oratore.

Quod cum nonnullos reprobendisse in me, attulisset  
rumor: coepi continuò de modo, quo vitare hanc cul-  
pam in posterum possum, cogitare. Placuit igitur  
libellum, quem tunc temporis de utilitatibus artifi-  
cialis memoriae, seu mavis, reminiscientiae, molie-  
bar, sub nomine Sebaldi Smarugisij in publicum  
emittere, imitatus in hoc viros longè clarissimos Et  
doctissimos, qui Et ipsi quandoq; inscriptis suis, non  
ab omnium, sed aliquorum duntaxat oculis cerni,  
latitareq; voluerunt.

A                    Quod

P R E F A T I O .

Quod ideo admonitos lectors volo, ne insententias quorundam hominum, ignota secundum proverbium, allatrantium discedat, qui propterea quod literas sive elementa mei nominis transposuerim, eorumque unum, in duo alia aequipollentia resoluerim; pleraque falsa & effecta in isto libello esse, criminantur.

Velim autem eos, ante quam temerè pronuncient, animo acriter & attento intueri illa, quæ autores gravissimi & fide dignissimi, cum veteres tum neoterici de memorandi arte attestati sunt. Velim quoque eos in suam ipsorum mentem introspicere, hancque omni cogitatione pertractando percontari, num ad accersendum quempiam falsitatis crimen, sufficiat nominis facta transpositio: cum videamus plurima etiam verissime & eruditissime scripta esse, quæ tamen aut nullum, aut perversum omnino autoris nomen praeseferunt. Exemplum nobis (ut unum è multis adducam) esto Euonymus Philiater: quis enim per hunc intelligentiebeat, per vulgatum sane multorum jam est sermonibus. Velim tandem ante oculos sibi constituant Christianissimi & Reipub. bono nati Principis summam dignitatem, summumque splendorem: apud quem in dedicatione istius predicti libelli, pro arte loqui animus certè pavisset, cuius fundamenta nulla forent.

Quinimò religiosè affirmo, omnia illa, quæcunque de artis effectib. à me posita sunt, vero veriora esse, licet non juxta qualibet cuiuslibet, eā ignoratis, opinione

onē. Audias enim nonnullos usq; adeò iniquos & importunos, ut non tantum trium illarum disciplinarum, siue (ut communiter vocant) facultatum: sed omnium fermè rerum scientiam & cognitionē requirat ab ijs, quos hac arte instructos noverūt. Ceterum sciāt ejusmodi avari & injustissimi judices, alia esse memoriam, tanquā sine tribus illis, vim subsistēdi habetem: alia itē Theologia, alia jurisprudētiā, alia Medicinā, quarū tamē nulla citra illā subsistere potest.

Verum enim verò, quantum memoria ad consequendā eruditionē adferat adjumenti, ita apertū ac manifestum est, ut invitus id dicam. Animadversio namq; longā rerū serie, temporumq; intervallo est, eos omnes, quicūq; ex doctrinā aliquā nobiles & conspicui citò evagiffent, memoriam valuisse: ut hoc nomine artem reminiscendi non immerito instrumentum instrumentorū appellari posse existimem. Quemadmodum enim verissimè mater ignorantie & oblivio dicitur: ita non minùs verè etiā Musarū mater, memoria appellata fuit. Id quod M. Anton. Sabellici cōprobatur etiam auctoritate, in hunc modum scribentis:

Lib. 10. e.  
9. Exem-  
plor de  
memoria.

Memoriā, inquit, secundū rationem, nil Deus dedit homini sanctius, nil utilius, & ad eruditionē aptius. Est hæc thesaurus disciplinarum omnium, artiumq;, studio & labore conquistarum, custos fideliissima. Aliquid certè vidit sapiens poëta, qui Musarum memoriam dixit matrem: nec minùs prudens,

qui Lethen, huic contrariam apud inferos statuit.  
Constat id bonum naturæ beneficio: augetur tamen  
& excolitur arte. Hactenus ille.

Quibus ergo natura talem, qualem desiderabant, memoriam largita est, hi pro tam insigne dono, maximas profecto gratias agere & habere Deo debent: Hic artis beneficio possunt carere, sicut etiam optimâ valetudine prædicti, medicinis. Contrà, qui infirmam valetudinem obtinent, varia à variis auxilia & medicamina, quibus sustentare ac fovere ipsam queant, conquirunt. Ita igitur & qui memoria sunt imbecillâ, libenter tamen ad honores aspiraturi, faciunto, neq; animum abijciunto: sed puerorum vestigijs insistunto, qui quamvis statura parvæ sint, arte defectum supplendo, in colles & scama quævis obvia scandunt. Quod si pueros imitari turpe existiment, imitentur silicernia, quæ ubi jam (ut canit Maro)

— — — — — gelidus tardante senectâ

Sangvis hebet, frigentq; effæctæ in corpore vires, Scipionem adhibendo gressus firmant, naturæ prostratae hoc pacto suppetias ferentes.. Non raro fit, ut ex nativâ constitutione infirmi, per consulares medicinas ad tantam salutem reducantur, quò & vivaciores, & ad majorem, quam corpora naturâ robusta & vegeta, dignitatem, laudem gloriamq; quarendam & inveniendam fiant promptiores. Non  
abſi-

absimili modo memoria labilis, per loca & imagines, tanquam veros scipiones & fulcra, usq; adeò stabili-ri, augeriq; potest, ut edat opera omni fide superio-ra, soliq; nativæ inimitabilia. Quam verò, si per naturam bona fuerit, cur arte redditam nolis meli-orem, caussam non video. Naturalis siquidem me-moria præceptionibus confirmanda est, ut sit egre-gia. Neque enim hoc magis aut minus in hac, quam in ceteris artibus fit, ut ingenio, doctrinâ & præcep-tione nitescat. Quare & illis, qui naturâ memores sunt, utilis hæc erit institutio; sicut loquitur exper-tissimus in hac arte Cicero.

Videmus puellas nativâ pulcritudine insignes mundum, & ornatum artificiale minime respuere: sed & què, atq; deformes, & quandoq; magis etiam ap-petere, inq; eo multum operæ, temporisq; consumere. Atq; hac quidem ratione hæc, naturæ quod deest, sup-plere, sej; venustiores & acceptiores reddere: illæ ve-rò naturalem formositatem plurimum adaugere, conseruerunt. Mirum autem videatur, sèpè indeco-ras, vestitu & omnis generis ornamenti externis tantum profecisse, ut vel pulcherrimis, artificiosita-men ornatus negligentibus palmameripuerint, om-niumq; oculos in se converterint. Ea verò demùm speciosissima virgo verè creditur, cuius forma natu-ralis splendida, artificiali adhuc splendorior multò redditur: ejus demùm gloria erit illustris, recteq; à

Lib. 3. ad  
Heren.

## P R A P A T I O.

memoriā dici merebitur, qui eam non tantū egrediā habet insitam: verum etiam inductione quadā, perceptionisq; ratione amplificatā & corroboratam.

Nunquam quisquam famae sibi celebritatem comparavit insignē, quicunq; solā inclinatione naturali fretus, pictoria, aliamve id genq;, sine arte exercuit. Equus generosus, & naturā optimè compositus, absq; prægressā equis sonis industria, non potest esse ad eas utilitates idoneus, & aptus ad ea, ad quæ desideratur: refractarius namq; est subsistendo, & indomitus currendo, quando & ubi non convenit. Sic difficilimū est, in longā oratione vel concione non aliquando aliquid ita dicere, quod sibi non usquequaq; conveniat. Idemq; quod in pleno ex monte sublimi decursu, ubi nullæ arbores, aliave subsistendi adminicula cernuntur, solet accidere, accidit: involuntaria nimirū. & longior, quam proposita sit, excursio, sèpè etiā in fluenta præcipitatio, aut ad saxa, aliq; objecta, cum magno vite discrimine, offensio. Vera hæc esse comprobatur trito sermone adagio: Lingua quo vadis? Poëta quoq; idem videtur innuere, quando dicit:

— — Semel emissum volat irrevocabile verbum.  
Multis magno ingenio atq; eruditione viris, etiam optimè excogitata, animoq; infixa, ad magnam auditorum coronam præ pavore in repentinam oblivicienm veniunt, & evanescunt, simileq; quiddam, i. t. D. Chrysostomus ait, patiuntur ijs, quibus subito quodam

dam terrore aut metu concitatis & exanimatis  
frequenter res, quas manu tenent, digitisq; fortiter  
stringunt, excidunt, nervis subito dissipatis, cum to-  
tius animalis & vitalis facultatis prostratione. Hinc  
Isocratem quoq;, magnum illum oratorem, inter a-  
micos dicere solitum ferunt, se quidem docere decem  
minis: cæterum qui ipsum doceret audaciam, huic se  
mercedis loco decem millia daturum esse. Pusillani-  
mitas enim Isocratem luce forensi (veluti Cicero lo-  
quitur) carere, & addicendum inutilem ferè fecit.

Sunt etiam Plinio, & communis experientia testi- lib. 8. c. 22.  
bus quida, quoru animus, si interiectis aliquot verbis  
alio devocetur, usq; adeo turbatur, ut eis in momēto  
quasi, univera excidant, que modō narrare institu-  
erāt. Cujus rei exemplū memorabile in magnā Mar- Hist. mag.  
tyrum historiā extat. Cum enim inter degradandū Martyr.  
Joannem Caturceum, juris Licentiatum & Pro- Hanoviæ  
fessorem Tolosanum, monacho cuidam habenda esset pag. 207.  
concio, isq; sequentia D. Pauli verba, utpote concio-  
nis thema; Spiritus autem diserte dicit, fore, ut po- i. ad Tim.  
sterioribus præstitutis temporibus desciscant quida<sup>4</sup>.  
à fide, attenti spiritibus deceptoribus, ac doctrinis  
demoniorū; populo prælegisset, substitit, declaratio-  
ni horum sese accingens. Quem Caturceius, futurus  
martyr, altâ voce cum compellasset, eumq; ulterius  
in textu progredi legendō iussisset: mente is prorsus  
concidit, stupidusq; pavore, pīscis instar, obmutuit.

Hac

P R A E F A T I O.

Hæc igitur & alia facile ab ijs, qui memoriam naturalem artificiali dotarunt confirmaruntq; caveris solent. Sed quid hisce multum immoror? Qui legerit & perpenderit ea, quæ Cicero lib. 3. ad Her. capite, de memoria: libro item 2. de oratore circa finem, de hac arte posteritati scriptum reliquerit, is procul dubio aequiorem sè in judicandà illà geret.

Nec est, quod aliquis difficultatem artis accusare,

Commē-  
tar. in fine  
libri 3. ad  
Heren.  
Pag. 101. e-  
ditionis  
Coloni-  
ensis.  
Pag. vide-  
licet 110.  
Lib. 2. de  
Oratore,  
non pro-  
cul à fine.

cumq; Gyberto Longolio, Ciceronem ardua quedā, & vix maximis ingenij imitabilia de memoria scripsisse, obijcere velit. Nam in eodem ad Herennium libro expreßè ait, sè non tam ingenio fretis, quam ijs, qui minus ingenij haberent, per hanc artem adjuamento esse velle. Et paulò post addit, rerum memoria amplius habere facilitatis, quam verborū: sed tamen neg, hanc nimis difficilem, aut parùm utilem esse. Alio item loco: Veruntamen, inquit, neg, tam acrime moriā ferè quisquam est, ut, non dispositis notatisq; rebus, ordinem verborum aut sententiarum complectatur: neg, verò tam hebeti, ut nihil bac consuetudine & exercitatione [memoriæ autem artem intelligit] adjuvetur. Videantur quoſo loca ipsa apud autorem, quæq; pluribus ibidem Cicero subjungat.

Pleriq; sunt in eâ opinione, maxime Ciceronem,

Lib. 2. de  
Oratore.

memoriæ fuisse oratorem, nativæ: sed hos falli inde colligitur, quod de seipso ita scribat: Non sum ego tanto ingenio, quanto Themistocles fuit, ut oblivio-

nis ar-

nis artem, quām memoria malim, gratiamq; habeo  
Simonidi illi Chio, quem primum ferunt artem me-  
moriae protulisse. Hieronymus Treutlerus quoq; Ci-  
ceronem bac arte plurimū adjutū fuisse testatur:  
qui tātū etiā abest, ut difficile hanc artē existima-  
verit, ut adolescentes per lusum in eā exerceri velit. pag. 250.

Thesaur.

Eloquen.

pag. 247.

Eod.lib.

Quæcum ita se habeant, quanto magis artem dif-  
ficultate carituram esse credendum est apud eum,,  
qui harum Tabularum, non sine magno studio &  
laborē à me concinnatarum, usum rectè noverit. Etsi  
verò ad faciliorem artis perceptionem multū con-  
ducant: ejusmodi tamen non sunt, quæ sola aliquem,  
quamvis ingenij gloriā plurimos antecellat, ple-  
nè erudire, artificemq; creare valeant. Sine vocali  
enim institutione ars ista haud aliter, atq; Dialecti-  
ca, Arithmeticā vel Musica addisci vix potest: cùm  
multa sint, quæ declarari scribendo nequeāt, loquē-  
do queant: quamvis etiam nō pauca sint, quæ scribē-  
do quidem explicari sufficienter possint, sed unde ni-  
bil clari operis existat. Sedulò igitur lectores moneo,  
ne in eruendo genuino illarum sensu, animos excru-  
cient, seq; emacerent prius, quām fundamenta artis  
mediocriter ex vivā doctrinā didicerint, nam ut ait  
Poëta:

Si nihil attuleris, ibis amice, foras.

Clariora equidem artis precepta dare potuissim,  
si librum magnum conscribere voluissim: quæ verò

mens mea nunc non fuit. Ut non dicam, felicius multò, multa in hac arte audiri, quām legi: quemadmodum ad Herc. dū etiam Cicero, libro suprà citato videtur innuere, quādo ita loquitur: Postremò praeceptoris est docere, quemadmodum queri quicquam coveniat, & unum aliquid aut alterum, non omnia quae ejus generis erunt, exempli causā subiçere, quō res posit esse dilucidior, &c.

Autores, qui de hac arte scripsérunt, ad unum omnes, quotquot legi, rectè tradunt, memoriam rerū comprehensū longè esse faciliorem, quām verborum. Nihilominus contrariū apud discentes accidere, memini. Rerum similitudines exprimi aiunt, cum summatim ipsorum negotiorum imagines comparantur. At, qui summaria hæc imaginum comparatio fiat, scire, hoc profecto opus, hic labor est: nam & me hoc (ingenuè fateor) acriter primum torſit: in quo proinde rectè intelligendo & explicando, totum animū, atq. omnem curam, operam & diligentiam ponendam mihi esse arbitratus sum. Videborḡ in arte iniciatis non parvum lumen accendi ſecum ijs, quæ de formatione sententiarum, prolixè adeò per exempla tradidi. Quamvis non negem, etiamnū difficultates aliquas remansiffe, quas tamen omnes unicā regulā, multis tandem curis & vigilijs, per D E I gratiam inventā, aut potius aliunde buc translatā, nullo ferè negotio superare ſoleo. Hanc verò non sine causis

causis multis, magnis, & necessarijs, mibi, meisque  
discipulis, tanquam insignem artis clavem, solis re-  
servo. Oportet enim (ut Basili Valentini verbis u-  
tar) artes aliquas esse secretas, Arcanaq; & myste-  
ria relinquì peculiaria & propria philosophis, qui in  
inveniendis ijs operæ plurimum, studijq; consumpse-  
runt, varia idcirco voluptatum & delectationum  
genera, in quibus alij plures sèpè dies & noctes collo-  
cant, deserendo. Fontium derivationes, liberales &  
humanae existunt, dominij verò jura & libertates  
ubiq; concessæ: sicuti loquitur Severinus in suâ Me-  
dicinæ Ideâ. Neg tamen is existimari velim, qui Savona-  
totum sè huic arti unquam dediderit, aut dedere cu-  
piat: quippe quem aliae & graviores in Medicinâ & de ægri-  
Chymia occupatum, impeditumq; tenent curæ, à  
quibus verò reminiscendi ars minimè, Savonarole,  
Grataroli, aliorumq; testimonio, est aliena. Nunc,  
quaæ de locis & imaginibus commentatus sim, paucis  
etiam accipite: ex hisce enim duobus, ars ista  
nostra constare potissimum, ab omnibus  
rectissimè statuitur.

Triumpn.  
Antimon.  
pag. 229.

Pag. 375.

Savona-  
rola tract.  
6. cap. i.  
tud. capi-  
tis.  
Grataro-  
lus lib. de  
memoriâ  
cap. 7.

# DE LOCIS ET IMA- GINIBUS.

*Lib. 3.*

**O**st interfectum Smerdin , & aboli-  
tum imperium Medorum , ita inter sex Per-  
fas( Otanes enim jus suum reliquis,cum con-  
ditione tamen,cesserat ) primores , Magique  
trucidati authores convenisse refert Herodotus , ut Sole  
exoriente, equos concenderent, inq; suburbanis vecta-  
rentur : Cujuscunq; autem eorum equus primus omnium hinnijset, is in locum Cambysis, summam rerum ad-  
ministraret. Erat Dario, uni ex sex illis, equiso , nomine  
Oebares , vir admodum industrius , quem ille à reliquis  
digressus, quid de regni negotio inter se decrevissent,edo-  
cet, eumq; solertia aliquam comminisci jubet , quâ re-  
gnum obtinere præ cæteris possit. Cui vicissim Oeba-  
res : Si in hoc, inquit, rei cardo versatur, ut rex sis, vel  
non sis, jubeo te bono animo esse , inq; potiundo impe-  
rio vehementer confidere. Nocte igitur ingruente u-  
nam equarum, ab equo Darij maximè adamata , in sub-  
urbana ducit, ibique alligat. Quo facto equum Darij  
quoq; adducit, eumq; circumagens, identidem equæ ad-  
movet, ac tandem admittit. Postero die simul atq; illu-  
xisset, sex Persæ ex convento adfuere , equis suis infiden-  
tes: Cumq; in suburbanis ultrò citròq; circumvehti ad  
locum , in quo Oebares equam alligaverat, pervenissent,  
equus Darij statim hinnire cœpit, sicq; dominum suum  
clamore isto ad imperij majestatem evexit.

Hæc historia, quantam ad reminiscientiæ artem com-  
parandam , momenti habeant loca, bellè ostendit. Cùm  
enim h̄ic locus in causa fuerit, quamobrem equus , ani-  
mal

mal irrationale, memoriam rei, quæ circa illum, nocte  
præcedente acta fuisset, repetierit, ac proinde ad delectationis præteritæ cogitationem, vocem emiserit: quanto  
magis existimandnm est, mentibus nostris occursura esse  
facta & res, si, in quib. gestæ illæ sunt, loca oculis vel a-  
nimō saltē proposita habuerimus: præsertim si vehemen-  
ter nos afficiant, cujusmodi ferè sunt insignes & novæ,  
quippe diutiùs in memoria hærentes: cum contrà usita-  
tarum facilior nos capiat oblivio. Quis enim eorum est,  
qui in regno Neapolitano semel tantum viderunt grot-  
tam illam seu specum decantatam, spirantem auram ve-  
nenatam lethiferamq; ut ad loci hujus sive specus me-  
moriam repetitam, non simul etiam recordetur eorum,  
quæ canis ibidem fuerit perpessus, utpote qui immissus  
continuò omni vitâ quoad sensum, orbari: extractus ve-  
rò, & in lacum vicinum immersus, reviviscere sit solitus?  
Quis eorum, qui urbis illius, Montefiascon Italîs dictæ,  
reminiscuntur, quæsò est, ut non simul etiam generosissi-  
mi & suavissimi illius vini, quod ibidem nasci ac bibi so-  
let, reminiscatur? Cæterū cum hæc omnia sensus no-  
stros exteriores egregiè incurvant, plurima verò sint, quæ  
ipsoſ planè subterfugiant, quorum tamen memoria re-  
petenda est: paulò altius telam ordiri ac philosophari,  
consultum mihi esse videtur.

*Delit. Ital.  
in descrip.  
regni Ne-  
apolitani.*

*In descrip.  
itineris  
Rom. Se-  
nus.*

Rex aliquis, cui vel ob morbum, vel ob insidias, vel  
propter coeli inclem̄tiam, aliamve quāpiam causam,  
pedem è regiâ efferre, forasq; progredi non licet, nihil  
eorum, quæ in regno suo geruntur, immediate potest sci-  
re, nisi id mediately, hoc est per satrapas, præfectos, questo-  
res & satellites aliosve ministros suos cognoverit. Quo-  
rum proinde opérâ eti carere nequeat: non tamen à  
qualem omnes & singuli apud ipsum mercentur fidem,

cum alius alio, hac semper sit magis aut minus dignior : neq; etiam ad omnium relata & sermones æquabiliter at- tendit, aut hæc memoriæ insigit, cum ijsdem inæquabili- ter moveatur & vultum commutet.

Simili propemodùm ratione animus noster, corpo- ris ergastulo inclusus & quodammodo incarceratus, exq; sese nihil agnitus, suos habet satellites & ostiarios, quorum famulitio necessario utitur. Hi sunt quinq; illi sensus externi, visus nimirūm, auditus , gustus , tactus , & olfactus : horumq; instrumenta, oculi, aures, lingua, cutis & nares. Quicquid ergo animus vult intelligere & comprehendere : id unius janitorum prænominatorum ministerio ut fiat, necesse est. Atq; hinc est, quod vulgo dici consuevit : Nihil in intellectum cadere, quod non priùs in sensum ceciderit. Differunt verò hi janitores inter se multùm autoritate, testimonijq; sive nuntij gravi- tate. Quanquam enim omnes æquali & indefesso stu- dio, sensibilia forinsecus occurrentia domino suo indi- cent : fidem tamen non omnibus is adhibet æquabilem & unam. Certissimam verò scientiam sumit ex sensu visus, quippe quem scit & exquisitiùs reliquis pleraq; co- gnoicere, fideliùsq; propterea ad se continuò deferre.

Non expedit, res ipsas, sed earum duntaxat imagines seu species ad regem à ministris transportari : ut si v. g. venator aliquis aprum insignis & raræ magnitudinis ve- nabulo transfixerit, idq; regi suo significare voluerit: non opus est, ut feram ipsam ei (sermo autem est de rege, qui certis de causis nunquam in publicum prodit) coram præsentem exhibeat : sed sufficit, ejusdem formam , nu- merum, longitudinem, latitudinem , profunditatem, co- lorem, locum item in quo capta sit , aliasq; circumstan- tias retulisse, ex quibus figuram seu simulachrum , apro prius

prius abstractum, etiam rex ipse facile animo concipit,  
idq; ne' memoriâ elabatur, cretâ vel atramento annotat.

Ad eundem modum commemorati isti satellites, non  
res quidem ipsas, exempli causa, hastam aliquam prælon-  
gam, aut lapidem animo, sive, ut specialius & distinctius  
loquamur, sensui communi vel interno: (neq; enim hu-  
jusmodi admittit) sed species tantum & imagines ijsdem  
abstractas, quam possunt celerrimè adferunt. Quas ille  
omnes quidem facilè admittit, non tamen sine discrimi-  
ne retinet: quandoquidem eas, à quibus videlicet vehe-  
menter afficitur, firmiter insidere finit, inq; memoriâ, ve-  
luti in thesauro recondit: illas verò, à quibus scilicet pa-  
rùm aut nihil movetur, leviter saltem adhærescere, aut  
prorsus etiam evanescere permittit. Quæcunq; igitur in  
memoriâ firmiter reconditæ imagines permanserint: ex  
haud aliter animum, ac si res, quibus abstractæ fuerunt,  
ipsæ, oculis nostris obversarentur, ad recordandum ex-  
citare solent.

Ex hac doctrinâ manifestum fit, quam multum refe-  
rat in hac arte scientia recte & dextre fabricandi imagi-  
nes, non quasvis: sed quæ illicò occurtere celeriterque  
percutere animum possint: id est, quæ sint actione qua-  
piam insignes, bene visibles, variæ, inusitatæ, ridiculæ,  
justam magnitudinem habentes, incredibiles, plurimum  
lætitiae aut tristitiae afferentes &c. Cùm igitur hîc sine  
imaginibus nihil fiat, plurima tamen sint, quorum imagi-  
nes sunt omnino nullæ: sequitur, res, proprias formas  
externas habentes, facilius: quæ verò nullas habent, dif-  
ficiilius, aut nullatenus fortasse, ut aliquib. videri posset,  
comprehendi ac rememorari. Quomodo enim hisce  
imaginem abstractas, quam nunquam habuerunt? An  
quisquam nudo uestes potest detrahere? Sciendum pro-  
inde

Vide Ari-  
stotelem l.  
2. de Ani-  
mo, c. 12.  
de cerâ &  
annulo.

26

inde hujusmodi rebus imagines antè, quām eas abstrahamus, aliunde comparandas & mutuò accipiendas esse: alias nunquam sensibus nostris obtemperaturis, memoriamq; non nisi maximo labore ingressuris. Quid, quod etiam si in memoriam tandem summo conatu fuerint devolutæ, ocyssimè inde ferantur præcipites; penitusq;, cum nullæ harum sint formæ visibiles, sensum illum interiorem insigniter afficientes, oblitterentur, & evanescent. Testantur id pueri, qui decuplo citius memoria mandant Germanica vel Latina, quām Græca vel Hebraica aliavē ignotarum linguarum scripta, à quib. nulla simulachra possunt colligere.

Vera esse, quæ dixi, Ethnici omnes comprobant, qui cum veram & genuinam formam incorruptibilis (& inf. Rom. 1. v. 23. & 25. gurabilis) Dei ignorassent: gloriam ejus in efformatam imaginem corruptibilis (& figurabilis) hominis & volucrium, & quadrupedum, & reptilium mutarunt, colentes res conditas & eis, præterito conditore, servientes. Christus, Salvator noster potuisset simpliciter discipulos suos ad humilitatis studium, mutuoq; amandum adhortari. Quod tamen solum non fecit: sed etiam humiliationis mutuiq; amoris exemplum, signum, figuram, imaginem, speciem, characterem sive simulachrum evidens ipsis reliquit, pedes eorum lavando & abstergendo. Sciebat enim hominis memoriam circa sensibilia esse potentem atq; diuturnam: sine his verò labilem & momentaneam. Maximè igitur sensibiles imagines cum sint: non immritò propter res memorandas in haec arte traduntur esse inventæ. Mortis figura propriè nulla est, & sine hac tamen agrè in memoriam revocatur. Mutuatam ergo cùm cernimus, ejus memoriam protinus subit. Et haec causa est, cur Christus dicatur mortem deglutivisse, pro mortem

tem viciſſe: Sensibilior namq; multò est mortis effigia-  
tæ, quantumvis falſo, deglutitio, quām non effigiatæ ſupe-  
ratio: nosque idcircò ad recordandum reddit prompti-  
ores, expeditioresq;.

Etsi enim hujusmodi imagines impropriæ & fictæ  
ſint: æquè tamen atq; veræ & propriæ hic proſunt: ſiqui-  
dem idem utrarumq; finis eſt, reminisci videlicet earum  
rerum, quarum ſunt simulachra ſeu species, ſive propriæ  
ſive alienæ & mutuò ſumptæ illæ fuerint. Quemadmo-  
dum & qui mendacium (id enim quoq; Dario teſte, quan-  
dòq; expedit) dicit, & qui veritatem loquitur, ad eundem  
ſæpe ſcopum collimant & perveniant: quippe cum iij,  
qui mentiuntur, tunc mentiantur, cùm perſvadendo  
ſunt quippiam lucrifaciunt: & qui verum dicunt, ideò di-  
cant, ut veritatem dicendo, aliquod lucrū conſequantur.

*Herod. in  
Thalia.*

Sicuti etiam aliis hūc, aliis illuc magis eſt proclivis:  
ita quoq; non raro falſa ſive impropria imago in hac arte  
pro verā ſumitur: prouti videlicet hac vel illâ artifex ma-  
gis afficitur: vel prouti hanc aut illam, rebus rememo-  
randis facilius & commodius novit abſtrahere. Adde,  
quod nonnunquam magis etiam percellamus ijs, quæ  
falſo, quām quæ verè cernimus: ut cum pueri larvatum  
aliquem exhorſecunt, & fuiſtunt, quem aliàs nihil time-  
re, ſed potius expetere atq; amplecti conſerveare.

Illam ipsam quoq; causam eſſe arbitror, quamob-  
rem Deo, & angelis, oculos, aures, nares, brachia, genua,  
pedes, aliasq; corporis animalis partes, ſacra ſcriptura at-  
tribuat: nimirūm quò naturæ & res divinæ, tanquam ſpi-  
rituales, inſigurabiles, inſenſilesq; per ſensibilia iſta cō  
melius ad ſenſum communem deferantur, delata memo-  
riæ committantur, & commiſſa inde rurſum, quando o- *Philip. 2.*  
pus eſt, promptius reddantur. Ita cum D. Paulus ſcribit: *v. 9. & 10.*

Quapropter etiam Deus ipsum (Christum) in summam extulit sublimitatem, ac donavit ei nomen, quod est supra omne nomen: ut ad nomen Jesu omne genu se flectat cœlestium ac terrestrium, & subterraneorum &c. non vult angelos reverâ genua, utpote quibus carent, flectere: sed per hanc ceremoniam sive genuum incuvationem, sensus nostros apprimè ferientem, vult indicare summam cœlestium spirituum, erga nostrum Redemptorem Christum, venerationem & submissionem.

Nec parùm lucis speculatio hæc doctrinæ Sacramentorum assert, in quib. semper res minus sensibiles & spirituales, per magis sensibiles & corporales referuntur. Unde Patres ajunt, Sacra menta omnia constare duabus rebus, terrenâ, & cœlesti, quarum hanc, tanquam oculis non præsentem, illa oculis præsens, in memoriam nobis reducit. Possemus plurima ex sacris literis exēpla in mediū adferre, quæ ostendant, non à Simonide primū, sed longè ante huc, à Deo ipso, per Moſē, a Iosq; artis memorativæ fundamēta jacta, & ab Israhelitis ad recordationē & celebrationē variorū Dei operū usurpata fuisse: quæ tamē postea Simonides demū excoluisse & in arte redigisse, professusq; fuisse dicitur. Ut de iride, Gen. 9. v. 13. 14. 15. & 16. de statu lapideâ, Gen. 35. v. 14. & 20. de agno paschali, Exod. 12. v. 13. & 14. de peniculamēto faciendo in oris vestimentorū, Num. 15 v. 38. 39. & 40. de duodecim lapidibus ē medio Jardene tollendis, Josuæ 4. v. 3. 4. 5. 6. & 7. de duodecim lapidibus in medio Jardenis erectis, eodem lib. & c. v. 9. de exstructo à Rubenitis altari, Jos. 22. v. 27. 28. & sequētibus de saxo sub queru elevato, Jos. c. ult. v. 26. & 27. de coronâ capiti Jehoschuhæ impositâ, Zachar. 6. v. 14. & præcedētibus: de placentâ hordeaceâ, Ezech. 4. v. 12. &c.

Cæterum dubitare quis posset, an etiam omnium re-  
rum

rum, quarum nobis revocanda memoria est, species & simulachra inveniri & singi queant: cui ita respondemus. Sicuti priores infinitarum imaginum sunt efformatores, cunctaque, quae in mundo sunt; sive sint visibilia sive invisibilia: sive sint per se figurabilia, sive infigurabilia; exprimere quadam tenus per figuram seu genuinas, seu ementitas possunt: Sic animus noster, per facultatem sentientem interiorem, non tantum quasvis species, rebus per quinq; illos saepèque nominatos janitores, sensuumque externalium instrumenta, abstractas concipere: sed eas etiam postea varie componendo, in infinitum multiplicare potest. Ut si ex homine & pisco, monstra marina, ex homine & quadrupede satyros, ex homine, equo & ave, centauros alatos, vel alia animalia alata, rationeque praedita fingamus: similique mixtione quantumlibet imaginariā, ex paucis infinitas species, varie combinando conjungendoque; educamus: quemadmodum etiam ex paucis elementis seu literis, plurimarum, immo omnium linguarū dictiones, multiplici & variā coordinatione & dispositione cōponuntur. Animi etenim ea natura est, semper ut moveatur: motio autem hæc quid quæso est aliud, nisi simulachra rebus detracta non tantum recipiendi: sed ex ijsdem plura quoque fingendi & componendi potestas?

Suprà dictū fuit, janitores præstantiā & nobilitate differre, nec aequalē omnes apud dominum suum mereri fidem: sicut etiam ex regijs ministris, regi alius alio magis & citius persuadet. Qui enim sibi visa refert, longè præfertur ei, qui ex aliorum relatu. Ut propterea in hac quoque arte verissimè dicatur: Pluris esse testem oculatum unum, quam auritos decem: qui audiunt, audita dicere: qui vident planè scire. Sensus quidem externi omnes sunt mobiles,

*Plautin* facileq; decipi possunt: (sicut quandoq; etiam rex à fidei  
*Trac.* perspectissimæ ministris fallitur) minus tamen inter o-  
 mnes ferè oculi: qui & remotissima celerrime accura-  
 tissimèque comprehendunt, efficaciùsq; longè reli-  
 quis, animo imprimunt, si præsertim figurâ, magnitudine  
 & motu, exagitationeq; quadam insigni afficiantur: unde  
 etiam expeditius species ijsdem abstractæ, & reconditæ,  
 in memoriam redire solent.

Etsi igitur maximam partem ex auditu & visu, rerum  
 species architectemur, distinctionesq; accipiamus: ta-  
 men uter sensus alteri præpollat, quantamq; in hac arte  
 prærogativam oculi præ auribus habeant, non tantum  
 ex dictis: sed etiam ex D. Thomæ, Apostoli historiâ li-  
 quet. Is reliquis discipulis uno ore omnibus Dominum  
 resurrexisse asseverantibus, non solum non credit: sed ne-  
 que alijs plurimis, idem affirmaturis credere vult, prius-  
 quam visus sensu id cognoverit: Nisi videro, inquit, in  
 manibus ejus vestigium clavorum, & immisero digitum  
 meum in vestigium clavorum, & immisero manum me-  
 am in latus ejus, nequaquam credam. Evidem non vi-  
 su, sed tactu præterea Christum cognoscere Thomas pri-  
 mò expetivit: sed credibile est, eum sensu visus solo fuis-  
 s: contentum, quando videlicet Christum, clavorumq;  
 ac lanceæ vestigia in manibus ac latere ejus vidisset: nec  
 cupivisse tactu insuper ea omnia explorare. Id quod  
 colligo ex verbis ipsius, in quæ subito, post visum nempe,  
 non autem tactum (quod moræ longioris opus est) Chri-  
 stum erumpit, dicendo: Domine mi, & Deus mi. Colli-  
 gitur idem quoq; ex verbis Christi, ita Thomam ulterius  
 alloquentis: Quia vidisti me, Thoma, credidisti: Beati  
 qui non viderunt & crediderunt. Quibus simul innuit  
 Salvator, majoris operis atq; artis esse, ex auditu aliquid  
 crede-

credere, quām ex visu: intellectumq; ac memoriam nostram circa res visas, utpote (liceat nunc ita loqui) sensibiliissimas, multò esse faciliorem atq; potentiorem.

Ex commemoratis hactenus constat, nihil in toto mundo esse, sive substantia sit sive accidens, quod non possit formari vel repräsentari, dummodo specie aliquā sensibili, seu propriā, seu aliunde petitā, fuerit donata: illas tamen figurās, quas oculorum sensu abstraxerimus, reliquis: illos etiam locos, quos oculis aliquando nostris lustraverimus, imaginarijs lōgē esse nobiliores melioresq;.

Veruntamen non satis est rerum memorandarum formas seu imagines, qualescunq; sanè eadem sint, inventisse, quippe necessariō in materiā, quam informant, consistentes. Quicquid autem ex materiā & formā conflatum est, id sine loco, in hac nostrā præsertim arte, imaginari, intelligere aut recordari velle, extremæ esset dementiæ. Locis igitur formæ sive species illæ sunt assignandæ: quæ proinde loca ad rerum rememorandarum species se habent, sicut tabula charta aut paries ad sculpendas sive pingendas literas: siquidem hæ, absq; illis nec scribi, nec legi, nec quicquam certi significare possunt. Ut verò, si locis seu tabulis inscriptas illas intucamur, reminiscimur atq; comprehendimus ea, quorum gratiā sunt pictæ vel cælatæ: ita non minùs ex imaginib; certis in locis positis, recordamur earum rerum, à quib; ipsæ fuerunt antea abstractæ, seu propriæ, seu figuratae mutuōve acceptæ fuerint. Sicut enim cum speculum inspicimus, figuram nostri, rerumq; aliarum in conclavi contentarum videmus, abeunte verò inde nullas amplius imagines cernimus: ita ad respectum locorum, quæ notissima esse oportet, species ijdcm appensas, &

consequenter ea, quorum sunt species, ocyssimè perser-  
quimur. Contrà autem si loca non advertamus: neq; quas  
gerunt, imagines, neq; ea, quorum sunt imagines, rectè  
unquam meminisse poterimus. Ecquis capit pisces ex-  
tra aquam, locum iplis destinatum & necessarium? quis  
volucres in aëre, sine loco certo vagantes? Ex vase peti-  
tur ac bibitur vinum: ex loculo argentum: ex capsula  
absynthium. Quæ actiones omnes eò sunt promptiores,  
quò scilicet loca nobis sunt promptiora, magisq; obvia.  
Tardæ verò, aut nunquam obcentur, locis incertis, pro-  
cul admodum dissitis, aut nunquam omnino cognitis.  
Quis possit usus esse librorum acervatim atq; consilie ja-  
centium? aut quæ utilitas mercium, nondum explicata-  
rum, inq; certis locis dispositarum? quis fructus thesauri,  
in ædium tuarum loco quodam, quem ignoras, abscondi-  
ti? Ituri cubitum si vester exutas in locis notis ac certis  
repositorius, manè easdem nullo negotio inde repeti-  
mus: contrà si ex ebrietate vel aliâ quapiam de causâ, lo-  
ca, in quib. illæ à nobis repositæ sunt, non observaveri-  
mus: multum profectò temporis in recuperandis & in-  
veniendis illis, cum tædio, sæpè consumimus. Si faber in-  
strumenta (præcipue si multa sint) in locis certis ordinata  
benèq; digesta habeat: absq; ullà fermè præmeditatione  
eorum unumquodq; comprehendere & ad usum trans-  
ferre potest: idq; soli ordini acceptū meritò fert, propter  
quem loca in hac arte etiam fuerunt excogitata: quemad-  
modū typi, qui sine ordine, sine locis nihil cōferre typog-  
raphis & prodesse possunt: manifestissimè id declarant.

Cæterum non est necesse, ut loca in hac nostrâ arte  
luci diurnæ, oculisq; externis sint præsentia: sed præstat  
potius ea esse absentia, dummodò lumini innato, inter-  
nisque oculis pateant. His enim velocissimè, si vel mille-

millia-

miliaribus distent, & in momento loca offeruntur, quæcunq; olim visione probè cognoverimus. Ut propter ea arti non deroget, quod referri à nonnullis solet: fuisse nimirùm quendam, qui in illo conclavi, in quo sibi recitanda esset oratio, varijs picturis & tapetib. adornato, cù loca sibi orationis constituitisset, & ornatus ipso inscio præter omnem spem, à parietibus ablatus fuisset, nihil potuerit proloqui. Nam aut fabula hæc est, aut certè artifex is non fuit: Qui enim artifex fuisset, nulla loca in promptu habens, à quibus corpore absentem esse, quām præsentem, longè est recitaturo (prouti modò dictū fuit) conducibilius? Locis autem positis & exhibitis, ponuntur & exhibētur figuræ sive imagines ijsdē affictæ resq; simul ipsæ, quarum illæ imagines existunt. Neque hæ sola, sed plures etiam ipsis affines: ex memoriâ siquidem unius venimus in memoriam alterius. Ut si quis meminit Lucretiæ: facilimè etiam meminit Sexti Tarquinij, qui vi eam stupraverat. Meminit item mortis, quam illa sibi ipsi voluntariam ferro, in præsentia mariti & amicorum, ut animum inviolatum & pudicum ostenderet, accersi- Herodot. verat. Quando Democedes duo aurearum com lib. 3. pedum paria recordatur: recordatur etiam Darij, à quo: causæ item, ob quam illa acceperat, quod videlicet Dario somnum, quem medici Ægyptij conciliare non poterant, conciliasset: aliarumque simul rerum, circa se, Darium, aliosque gestarum. Trag- carum illarum nuptiarum, anno præcedente 1609. die 6. Februarij, Erfordij celebrari inceptarum memo- riā nondūm amisimus, quando ex subità & im- provisā domus ruinā, viginti homines miserrimum interitum habuere. An igitur cuiusquam oculis aut menti, domus ista collapsa possit occurrere,

ut non

ut non simul cladis adeò miserandæ memoria ipsi refri-  
cetur, in quâ tot nuptiales, quorum novem mariti, sex u-  
xores, duæ viduæ, puella septennis, & ancilla una, unâ  
cum sponsa ipsa

— — — — (dictu lachrymabile) — — —  
occubuerunt: utq; non summè admiretur de infantulo  
planè relicto incolumi, quem ancilla prædicta & trucida-  
ta in ulnis suis gestaverat? Non reor.

Quæri autem hoc loco posset, cùm non nisi præsente  
luce Solis vel ignis, species rerum sensibilium visu abstra-  
hamus, quomodo hæ sentui interiori possint ingeri, cùm  
ab oculis nostris remotissimæ, aut in obscurissimis te-  
nebris positæ sint, nec luce illa externa gaudeant. Pro  
qua quæstione solvendâ sciendum, quod quemadmo-  
dum visus noster externus, per lucem quoq; externam  
informatur: ita visus noster internus, interno lumine.  
Hoc ergo ipsum est, quod absentium rerum figuræ sen-  
sui interno visibiles reddit, quo dormientes somnian-  
tesq; videmus, quoq; non tantum oculis prædicti, verum  
etiam orbi, rerum sensibilium simulachra percipiunt.  
Quæ licet sint formæ, ut Peripatetici volunt, in potentia  
sensus communis sive interni, posteaquam à sensibus ex-  
ternis introductæ fuerunt, reservatae: negari tamen non  
potest, visibilitatem atq; præsentiam illarum, à semini-  
bus quibusdam lucis, non tam aliunde acceptis, quam  
innatis, spirituiq; animali insitis, originem ducere atque  
emanare. Quod non usquequaq; mirum videbitur ei,  
cui ob contusionem aliquam fortem, de nocte præser-  
tim factam, scintillæ ex oculis erupere: qui gemmas, ani-  
maliumq; quorundam oculos, sub densissima noctis ca-  
ligine, lucem effundere noverit: qui lucem sole priorem  
fuisse, posterioremq; fore ex Francisco Vallesio, alijsque  
didi-

didicerit: quiq; deniq; hominem esse microcosmum , & De sacrâ  
idcircò necessariò vestigium sive exemplar mundi & lu- Philosopb.  
cis externæ intra se possidere sciverit. in cap. 1.

Pro colophone addam simile , quod cùm locorum Genes..  
tùm imaginum,imò totius ferè artis usum declareret, pro-  
bè considerabunt ij, qui memoriam nativam ,artificiosâ  
nobilitare atq; amplificare cupiunt. Sit exempli gratiâ  
pater aliquis, qui de suâ facie constare apud liberos, ne-  
potesq; suos velit, & propterea pictorem accersitum cu-  
ret. Hic patri formam,accedente luminis externi bene-  
ficio, oculis suis abstrahit,inq; loco seu tabulâ vivis co-  
loribus artificiosissimè exprimit. Quam quotiescunq; &  
quamprimum intuentur nepotes seu liberi, ocyssimè  
patris & avi, à quo illa detracta fuerat, memoriam reco-  
lunt ,licet maximo locorum intervallo distet, aut etiam  
planè demortuus sit. Quinimò non solius faciei sive per-  
sonæ: verum etiam multorum,ab hac egregiè, & cum in-  
signi aliquâ affectione circa se aliosq; gestorum , unâ re-  
miniscuntur. Quamvis autem in pingendo sive repræsen-  
tando simulachro aliis alio sit felicior, aliud etiam simu-  
lachrum alio repræsentatu sit facilius vel difficilius : ni-  
hilominus tamen finem propositum is, qui abstractum  
voluit, per illud consequitur : utcunq; sanè non secun-  
dum omnia semper rei respondeat.

Ita igitur anima quoq; nostra rebus sensibilibus , qua-  
rum memoriam apud suas facultates retinere vult, sensus  
externos, visum potissimum, imagines abstrahere, in loca  
certa artificiose reponere atq; statuere jubet : ad quæ si il-  
læ , præcipue memoratrix quæ dicitur , reflectantur : (re-  
flectuntur autem quam facilimè) non tantum imaginum,  
sed etiam ipsarum rerum, quarum imagines sunt vel esse  
debent , celeriter meminisse possint.

26  
*DE LOCIS ET IMAGINIBUS.*

Pater	Anima
Facies	Res memoranda
Liberiac nepotes	Facultates
Pictor	Sensus externus
Tabula	Locus
Effigies	Simulachrum
Recordatio	Recordatio.

Quæ verò per se insensibiles infigurabilesq; res sunt, quarumq; formam oculi nunquam viderunt: ijs ex omnigenâ combinatione & multiplici dispositione imaginum, priùs sensu externo à rebus corporeis abstractarū, introductarum & reservatarum, speciem aliquam affingere, affectamq; iterum ijs adimere, atq; loco certo alligare potest: ad quem si reminiscendi facultas respiciat, non solummodo speciem illam ementitam: sed etiam rem ipsam, cui detracta fuerat, plurimaq; ad hanc attinentia, æquè ferè meminit & persequitur, atq; si res verâ specie fuisset prædita. Sic enim & pictor post non multarum rerum sensilium abstractas imagines, eas in infinitum potest multiplicare, diversas diversis rebus applicando, quò res insensibiles etiam per picturas quodammodo reddat sensibiles, incorporeasq; quamvis mentiendo, exprimat corporeas. Quanquam in excogitandis & exprimendis simulachris, non par sit pictorum (sicuti neq; animorum) solertia: neq; etiam rerum figurandarum eadem conditio & promptitudo. Sed de his impræsentiarum satis diximus: aggrediamur tabulas ipsas.



TABU.

## TABULA GENERALIS,

Ad speciales sequentes, memorix artem spe-  
stantes, directa.

	Numerus. Tab. I. Pag. 28.
	Litera. Tab. II. Pag. 34.
	Syllaba. Tab. III. Pag. 49.
	Articulus. Tab. III. Pag. 49.
	Pronomen. Tab. III. Pag. 49.
	Vocabulum peregrinum. Tab. III. Pag. 49.
	Proprium. Tab. IV. Pag. 61.
	Substantivum. Tab. V. Pag. 64.
	Abstractum. Tab. VI. Pag. 66.
	Adjectivum. Tab. VII. Pag. 68.
	Verbum. Tab. VIII. Pag. 75.
	Adverbium. Tab. III. Pag. 49.
	Prepositio. Tab. III. Pag. 49.
	Conjunctio. Tab. III. Pag. 49.
	Interjectio. Tab. III. Pag. 49.

Vox.

{ Historia. Tab. X. Pag. 94.

Fabula. Tab. X. Pag. 94.

Concio. Tab. XI. Pag. 95.

Oratio. Tab. XI. Pag. 95.

Cantio. Tab. XII. Pag. 96.

Versus. Tab. XII. Pag. 96.

Rhythmus. Tab. XII. Pag. 96.

Syllogis. Tab. XIII. Pag. 98.

Enthymema. Tab. XIII. Pag. 98.

Omne figu-  
randum est

Sententia.

Tab. IX. Pag. 81.

vel:

{ Longum. Tab. XIV. Pag. 100.

Tempus. { Breve. Tab. XV. Pag. 102.

Brevissimum. Tab. XVI. Pag. 104.

Sequuntur tabulae speciales.

ARS MEMORIAE.

T A B U L A I.

DE NUMERIS.

<i>Numerus:</i>  <i>Simplex:</i>  <i>Res figurae similis.</i>  <i>Consonantia.</i>  <i>Res certi numeri.</i> Pag. 30.  <i>Inscriptio.</i> Pag. 31.  <i>Compositus.</i> Pag. 32.	<i>Res figurae similis.</i>  <i>Consonantia.</i>  <i>Res certi numeri.</i> Pag. 30.  <i>Inscriptio.</i> Pag. 31.  <i>Compositus.</i> Pag. 32.	<i>I.</i>  <i>II.</i>  <i>III.</i>  <i>IV.</i>  <i>V.</i>  <i>VI.</i>  <i>VII.</i>  <i>VIII.</i>  <i>IX.</i>  <i>X.</i>	<i>Culter</i> <i>Gladius</i> <i>Piscis</i> <i>Columba</i> <i>Hasta</i> <i>Baculus</i> <i>Candela</i> <i>Bombarda</i> <i>Sagitta</i> <i>Panes similaginei</i> <i>seriatim dispositi.</i>
			<i>Serpens</i> <i>Anser</i>
			<i>Anas</i> <i>Cygnus.</i>
			<i>Cingulum retortum</i> <i>Forceps</i> <i>Laqueus reflexus.</i>
			<i>Anguilla tortuosa</i> <i>Circulus inversus sine axe.</i>
			<i>Testudo Lauta.</i> <i>Funiculus cum nodo.</i>
			<i>Kazo Italorum.</i> <i>Gnomon seu quadra fabrorum.</i>
			<i>Genu flexum</i> <i>Muscarium.</i>
			<i>Sertum contortum</i> <i>Arenarium</i>
			<i>Cucurbita duos ventres habens.</i> <i>Ferrum, quo vitra decurtantur.</i> <i>Ocularia.</i>

*Conso-*

*ARS MEMORIA.*

<i>Unum.</i>	Unicornu Unio Ungula Undulata Uncus Unguentum Ungvis Unda.	{ Duernio Duplarium. Duracina weisse Kirschen. Ducatus ein Ducaten.
<i>Duo.</i>	Triticum Tribulum flegel. Tribulus Wassernuß.	{ Triticum Tribulum flegel. Tribulus Wassernuß.
<i>Trias.</i>	Tripes Tridens Mistgabel. Triton Wetterhan auff der Kirchen.	{ Tripes Tridens Mistgabel. Triton Wetterhan auff der Kirchen.
<i>Quatuor.</i>	Tribunal Triremis. Penna Quinquefolium.	{ Quadra Quasillus Spulkorb. Quadrangulus Quadrigæ.
<i>Consonantia.</i>	Pensum Werk am Rocken. Penula Septemvir Sepes Sepulchrum.	{ Sedum Securis Seta Sericum Sævum. Octernio Occa Ege. Occiput Oculus October Ocymum.
<i>Quinq. seu nœvte.</i>		
<i>Sex.</i>		
<i>Septem.</i>		
<i>Okt.</i>		
<i>Novem.</i>	Noverca Novacula Noctua November.	

ARS MEMORIAE

	Deus	Parnassus, biceps
	Phoenix	Brutum cornutum
m.	Sol	Tabulae Mosis
	Polyphemus monoculus.	Puniceps
	Homo unius pedis.	Forpex
Duo.		Furca bicuspis
		Patibulum duarum co-
		lumnarum
		Homo auritus Plinianus
Tria.	Tridens	
	Cerberus triceps	
	Tripus, cui cerei applica-	
	Patriarchæ tres	(tur.)
	Trifolium	
	Triangulus	
	Patibulum trium columnarum	
	Sellum trium pedum	
	Equus carrum trahens	Animal quadrupes
	Instrumentū fabrorum	Fritillus Brettspiel
	dicitū Schraubenzieher.	Craticula
		Quadrans
Res certi	Qua-	
numeri.	tuor.	
		Tessera
		Feretrum
		Instrumētum, super quo
		farina & aqua miscetur
		Currus Hollandicus: vñ
		alius sine temone.
Quin-	Pes quinq; oigitorum	
que.	Manus	
	Libri Mosis	
	Chirotheca	
	Equus currum trahens	
	Pecten quinq; dentium	
	Currus cum temone	
	Matra certæ formæ	
	Vas pulverarium stanneum cum circulo	
	Testudo progrediens, amputatâ caudâ.	
	Vir extensis brachijs & cruribus in calendario.	
	Mus major caudæ longæ.	

## ARS MEMORIAE.

Sex.	{ Hydriæ sex Cananeæ Mare singulis sex horis refluxo Stella Quadrupes cornutum. Testudo progreiens.
Septem.	{ Planetæ septem. Heptaphylum Electores septem. Candelabra aurea septem. Stellæ septem in manu.
Octo.	{ Currus à 4. equis tractus Cancer Scorpio.
Novem.	{ Musæ novem. Canis, novem annos ferè non excedens. Terga novena boum.
Inscriptio. Numerus:	Major: { Latinus: { I. II. III. IV. &c. Peregrinus: { 1. 2. 3. 4. &c.  Coloris vel -- - : { Simpli- cis: { albi flavi rubei viridis &c. Com- positi: { albi cum maculis nigris rubri cum maculis cæ- ruleis nigri cum maculis albis &c.
	Compo-

## *ARS MEMORIAE.*

	<i>Res figuratae</i>	<i>Crux Rusticorum</i> <i>Fundamentum, super quo ligna dissecantur</i> <i>Verticillus semitarum</i> <i>Notæ unitatis cum anulo, circulo, pomo &amp;c.</i>
<i>Decem.</i>	<i>Consonantia.</i>	<i>December</i> <i>Decipulum,</i>
	<i>Res certi numeri.</i>	<i>Præcepta Decalogi decem</i> <i>(tes-)</i> <i>Tribus decem à Rechabhamo deficien-</i> <i>Manus ambae</i> <i>Pes uterq;</i> <i>(valens.)</i> <i>Moneta Bohemica major, decem nūmos</i>
	<i>Viginti, Triginta, Quadraginta,</i>	<i>eodem modo, quo decem for-</i>
		<i>(mantur.)</i>
	<i>Quinquaginta.</i>	<i>Ocrea</i> <i>Pes minor cum cruce</i> <i>Securis</i> <i>Gnomon</i> <i>Figura numeri 5. &amp; literæ o.</i>
<i>Compositus.</i>	<i>Semicirculus</i> <i>Luna corniculata</i> <i>Cornu venatoris</i> <i>Arcus</i>	
	<i>Centum.</i>	<i>Equus per duos circulos saltu vectus</i> <i>Forma numeri i. &amp; literarum o. o.</i>
	<i>Quingenta.</i>	<i>Arcus Turcicus</i> <i>Instrumenta literam D. denotantia</i> <i>Figura numeri 5. &amp; literarum o. o.</i>
	<i>Mille.</i>	<i>Anchora</i> <i>Notæ aliæ M. literæ</i> <i>Millepedæ</i> <i>Equus per tres circulos saltu vectus</i> <i>Forma numeri i. &amp; literarum o. o. o.</i>

*Ex dictis facilè est colligere, quì reliqui numeri compositi for-  
mentur. Cùm verò numeri quinarij multus sit in hac ar-  
te usus, libet dispersas & varias ejus imagines in unum  
hic colligere.*

*Name-*

## ARS MEMORIAE.

<i>Numerus quinarius:</i>	<i>Res figurae similis:</i>	{ Anguilla tortuosa Circulus inversus sine axe.
	<i>Consonantia:</i>	{ Penna Quinquefolium Pensum Penula.
		{ Virgines quinq; prudentes oleum habentes fatuæ sine oleo.
		Pes quinq; digitorum
		Moneta Bohemica minor, quinq; nummos valens
		Manus
		Libri Mosis
		Chirotheca
		Equus currum trahens
		Quinq; panes hordeacei
		Pesten quinq; dentium
		Currus cum temone
		Mitra certæ formæ
		Boum quinq; juga
		Vas pulverarium stanneum, quadratum cum circulo, in medio illius.
		Testudo progrediens amputatâ caudâ.
		Vir extensis brachijs & cruribus in calendario.
		Mus major caudæ longioris
		Cantio quinq; vocum
		Fenestra quinq; partium
		Cœna communitaris
<i>Inscriptio facta colore vel:</i>	<i>Uno:</i>	{ Albo Aureo Rubro Viridi Cœruleo &c.
	<i>Pluribus:</i>	{ Albo & rubeo Nigro & albo Viridi & flavo Aureo & nigro &c.

AR<sup>S</sup> C<sup>M</sup>EMORI<sup>E</sup>.  
T A B U L A . II.  
D E L I T E R I S.

LITERÆ.	Animal.	Rati- o- na- le.	Fæmi- na.	A.	Abraham
					Absolon.
Literæ.	Irrationale.	C. Pag. seq. 35.	Fæmi- na.	B.	Abel
					Achatius.
Literæ.	Resfiguræ similis.	Pag. 46.	Fæmi- na.	C.	Adamus
					Adrianus.
Literæ.	Inscriptio.	Pag. 45.	Mas.	A.	Adolarius.
					Adolphus.
Literæ.	Irrationale.	Pag. 41.	Mas.	B.	Albertus.
					Alexander.
Literæ.	Resfiguræ similis.	Pag. 46.	Mas.	C.	Ambrosius.
					Amandus.
Literæ.	Inscriptio.	Pag. 45.	Mas.	C.	Andreas.
					Antonius.
Literæ.	Irrationale.	Pag. 41.	Mas.	C.	Anastasius.
					Arnoldus.
Literæ.	Resfiguræ similis.	Pag. 46.	Mas.	C.	Augustinus.
					Augustus.
Literæ.	Inscriptio.	Pag. 45.	Mas.	C.	Adelgunda.
					Agnes.
Literæ.	Irrationale.	Pag. 41.	Mas.	C.	Agatha.
					Albina.
Literæ.	Resfiguræ similis.	Pag. 46.	Mas.	C.	Ameleia.
					Anna.
Literæ.	Inscriptio.	Pag. 45.	Mas.	C.	Apollonia.
Literæ.	Irrationale.	Pag. 41.	Mas.	C.	
Literæ.	Resfiguræ similis.	Pag. 46.	Mas.	C.	
Literæ.	Inscriptio.	Pag. 45.	Mas.	C.	

	Caspatus	
	Carolus	
	Christianus	*
	Christophorus	
	Chrysostomus	
	Cyriacus	
Mas.	Clemens	
	Claudius	
C.	Claudiannus	Catharina
	Constantinus	Cæcilia
	Cœlestinus	Christiana
Fæmi-na.	Conradus	Christina
	Curtius	Charitas
Mas.	Eberhardus	Clara
D.	Eckbertus	Cocordia.
Fæmi-na.	Edoardus	Diana
	Egidius	Dorothea
	Elias	Dolabella.
Mas.	Emanuel	
	Emericus	
E.	Engelhardus	
	Eobanus	
	Erasmus	
	Erhardus	
	Ernestus	
	Esaias	Elisabetha
	Eusebius	Emerentia
Fæmi-na.	Eustachius	Esther
	Ezechiel	Eva
	Ezechias.	Euphemia
		Euphrasia
		Euphrosine.
		F. Mas.

ARS MEMORIAE.

		Fabianus	Gabriel
		Faustus	Gamaliel
		Felix	Gebhardus
	Mas.	Florianus	Georgius
F.		Flaminius	Gedeon
		Fridericus	Godefridus
		Franciscus.	Gothardus
	Fæmina.	Faustia.	Gregorius
		Florentia.	Guttebertus
		Flora.	Guntherus
	Mas.	Galathea.	Günzelius.
G.		Gese.	
		Gertrudis.	
	Fæmina.		
		Hartmannus	Jacobus
		Helisæus	Jaroslaus
	Mas.	Hermannus	Jeremias
H.		Hercules	Ignatius
		Hemannus	Joannes
		Hennigus	Joachimus
		Henricus	Jobus
		Hieronymus	Jonas
		Hilarius	Josias
		Higinius	Josephus
		Hippolythus.	Isaac
	Fæmina.	Helena.	Julius
		Hedwigis.	Justus.
	Mas.		
I.			
	Fæmina.	Juliana.	
		Justina.	

X. Mas.

ARS MEMORIAE.

30-40-

K.	Mas.	Kilianus Kunradus Kuno Incipientia à C. literā, pag. 35.
	Fæmina.	Künigunda Incipientia à C. literā, pag. 35.

L.	Mas.	Laurentius Ladislaus Lasarus Lambertus Lampertus Levinus Leopoldus Leonhardus. Leo Liborius Ludovicus Lucas Ludolfus
	Fæmina.	Lavinia Leonora Livia Lucia.
	Mas.	---
	Fæmina.	Martinus Matthæus Matthias Mauritius Marcus Maximilianus. Marcellus Melchior Michaël Moses.
	Mas.	---
	Fæmina.	Maria Margaretha Martha Magdalena Monica.
	Mas.	---
	Fæmina.	---
	Mas.	---
	Fæmina.	---
	Mas.	---
	Fæmina.	---
	Mas.	---
	Fæmina.	---

ARS MEMORIAE.

N.	Mas.	Nathan Nabal Nabuchodonosor Nestor Nero Nicolaus Nicodemus Nicomedes Noah.
	Fæmina.	{ Neæra. Niobe.
O.	Mas.	Octavianus Onophrius Oswaldus Oseas Otto Othmarus.
	Fæmina.	{ Octaviana. Olympias Ottilia.
P.	Mas.	Paulus Panthaleon Petrus Philippus Polycarpus Prosper.
	Fæmina.	{ Paulina. Petronella. Priscilla.
Q.	Mas.	Quirinus Quintilianus Quintius.
	Fæmina.	Querquerulana.

R. Mas.

R.	Mas.	Reinhardus
		Reinoldus
		Remigius
		Regulus
		Rochus
		Rosinus
		Romanus
		Rudolphus
		Rupertus
		Regina
S.	Fæmina.	Rebecca
		Rosina
		Salomon
		Samuel
		Sebastianus
		Sebaldus
		Severinus
		Sigismundus
		Sigfridus
		Sixtus
T.	Mas.	Simon
		Simonides
		Stephanus
		Thaddæus
		Theophilus
		Theodorus
		Theodoricus
		Theodosius
		Theophrastus
		Thomas
Fæmina.	Fæmina.	Titus
		Timotheus
		Tobias
		Theodora
		Tomyris
		Tullia

ARS MEMORIAE.

		Valentinus
		Valerius
		Vespasianus
		Victor
		Victorius
		Vincentius
		Vitus
		Virgilius
		Victorinus
		Ulricus
		Volradus
		Urbanus.
		Wenceslaus
		Wendelinus
		Wichardus
		Wigandus
		Widekindus
		Wilhelmus
		Wolfgangus
		Wolfhardus.
		Walpurgis.
		Xenophon.
		Xenocrates
		Xenophanes
		Xerxes.
		Xantippe.
		Zaccharias
		Zacchæus
		Zoilus.
		Zara.
		Zenobia.

*Note.*

Deficientibus proprijs nominibus, sumuntur cognomina. Vide etiam proprietorum imagines.

Hactenus animal rationale : sequitur irrationalē.

Irra.

Irratio-  
nale.

A.

Accipiter
Acanthis <i>Stieglitz</i> .
Agnus
Alce
Alauda
Alburnus
Anas
Anser
Angvilla
Angvis
Aper
Apodes
Apis
Aquila
Aries
Araneus
Asinus
Asellus <i>Stockfisch</i> .
Asilus <i>Bremse</i> .
Attagen
Aurivitis
Aurata

B.

Balæna
Blattæ
Bonafus
Bombyx
Bos
Bruchus
Bubalus
Bucula
Bubo
Bufo.

F

C. Cabal-

A R S M E M O R I A.

Caballus  
Camelus  
Catus  
Canis  
Caper  
Capra  
Caprea  
Capo  
Capricornus  
Castor  
Carduelis  
Cassita  
Cancer  
Capito (Müller pifcis.)  
Carpio  
Cæcilia (Blindschleiche.)  
Cercopithecus  
Cervus  
Cetus  
Ciconia  
Cicada  
Cicindulæ  
Cimices  
Columba  
Corvus  
Cornix  
Cochlea  
Coluber  
Cossus (Holzwanzt.)  
Cuculus  
Cygnus  
Cyprinus.

C.

D. Dama

D.	Dama,	
	Dacolithus (Steinbeiß.)	
	Delphin (Piscis.)	
	Draco.	
	Echinus	
	Edellæ (Eßritzen.)	
E.	Elephas	Felis
	Equus	Fiber
	Erinaceus	Ficedula (Wüsling.)
	Eruca.	Fringilla
F.	Gallus	Fringillago (Kohlmaith.)
	Gallina	Fulica (Wasserhun.)
G.	Galerita (Heubellerch.)	Fundulus (Gründling.)
	Gavia (Kiebitz.)	Fucus (Hummel.)
	Glis (Schönberg.)	Fullo (Schrichen.)
	Gobio (Kreß.)	Halcedo (Eisvogel.)
H.	Ichneumon	Harenga
I.	Juvencus.	Hinnulus
	Latax	Hircus
	Lacerta	Hirudo
	Lagopus (Golstammer.)	Hirundo
	Lacertus (Olraup.)	Hœdus
	Lampetra	Hydrus
	Leo	Hystrix.
	Lepus	
	Leides (Niesse.)	
L.	Linaria (Hensling.)	
	Livia (Holztaube.)	
	Locusta	
	Lupus	
	Lutra	
	Lumbricus	
	Luteola	
	Luscinia	
	Lucius	
	Lynx	

## ARS MEMORIAE.

Majalis (verschnittener Eber.)

Martes

Merula

Mergus

Melanurus

Merula (Kress.)

Milvus (Hüneraer.)

Mida (Bonentwürmlein.)

Motacilla

Monedula

Mulus

Mus

Mustela

Muræna (Lampret.)

Mullus (Barbe.)

Multipedæ

Musca

Natrix (Wasserschlange.)

Nifus (Sperber.)

Nitedulæ (Johanswürm-

Noérzalein.)

Noctua.

Pavo

Parus (Maiß.)

Palumbus

Passer

Papilio

Passer (Plateisse.)

Perdix

Perca (Sperber.)

Perca (Persching.)

Pediculus

Phasianus

Philomela

Picus

Pica

Pipio

Porcus

Porcellus

Pulex.

Oestrum (Bremse.)

Olor

Onager (Waldesel.)

Otus (Schleyereule.)

Ovis.

Rana

Regulus

Ricinus (Hundslauß.)

Rubecola

Rubicilla (Rotschwäntzin.)

Rubeta.

Salus

Salutis

44.

*ARS MEMORIAE*

44

	Salus (Zetscherlein.)
	Saximorda (Steinbeiß.)
	Salmo
	Salpa (Stockfisch.)
	Salamandra (Molch.)
	Sangvisuga
	Scropha (Sawmutter.)
<i>S.</i>	Sciurus
	Scorpio
	Scarabæus (Schröter/Käfer.)
	Serpens
	Simia
	Sitta (Nußhaer.)
	Sorex
	Strutiocamelus
	Sturnus
	Sturio (Stör.)
	Stellio (Erdspinne.)
	Sus.
<i>T.</i>	Vacca
	Verres
	Vervex
	Velia (Henfling.)
	Vespertilio
	Vespa
	Vermis
	Vitulus
	Virèo (Vierolt)
	Vipera
	Unicornu
	Volucris
	Upupa
	Ursus
	Urus
	Urogallus
	Vulpes
	Vultur,
	Taurus
	Talpa
	Tarda (Haselhun.)
	Testudo
	Teredo (Kupfferwurm.)
	Termus (Fleischmade.)
	Tipula (Wasserspinn.)
	Tinea
	Tigris
	Trochilus (Schneekönig.)
	Turtur
	Turdus
	Turdi (Schmerlen.)

*ARS MEMORIAE.*

Z.	Zobela.	Cervus Cercopithecus Cetus Ciconia Cicada Cicindulae Cimices Cygnus &c.
	Incipientia à C. literā	

---

<i>Inscriptio. Literæ:</i>	<i>Majores:</i>	A B C D E
	<i>F. &amp;c.</i>	
	<i>Versicolores, Color:</i>	Albus Aureus
		Rubeus
		Viridis
		Cœruleus

Niger &c.  
Variegatus.

*A. Circinus*

- A. Circinus expansus fabrorum lignariorum, cum axe.  
 B. { Compedes ferrei  
     Juga duo boum conjunctorum.

C. { Cornu  
     Cucurbita oblonga, curva.  
     Pepo dimidio orbe scissus  
     Luna corniculata  
     Cornu venatoris.

D. { Caput tauri  
     Compes ferreus unus, quo pes hominis in triremibus  
         detinetur.  
     Jugum bovis unius  
     Capistrum  
     Lyra Apollinis  
     Pedicæ  
     Galea.

Resfigu-  
ræ simi-  
lis.

E. { Semirotula  
     Pecten  
     Serra fabrorum lignariorum.

F. { Falx major  
     Gladius anceps major (Schlachtschwert.)

G. { Testudo  
     Anguis capite erecto, & caudâ incurvata.

H. { Imago elata, brachijs sursum, & pedibus deorsum  
     extensis, cum cingulo.

I. { Turris  
     Columna  
     Baculus  
     Hasta  
     Palo transfixus latro.

K. Parietem

## ARS MEMORIAE.

*K.* { Parietem scandens, & retrorsum se precipitans.  
Lignum, cui arcus imponitur.  
Homo brachium sinistrum inflexum ad costas no-  
thas, crusq; extensem obliquè habens.

*L.* { Gnomon sive quadra fabrorum.  
Muscarium.  
Ligo  
Securis.

*M.* { Anchora  
Tripus  
Persona manus conjungens inter crura, cervice  
flexâ.

Scabellum tripes  
Corona imperatoria  
Circulus ferreus cum tribus pedibus (Gisacf.)  
Tridens.

*N.* { Homo duos baculos, vel columnas in manu habens,  
& harum alteri dextram superiùs imponens, alte-  
ram pede, vel manu sinistrâ tangens.

*O.* { Annulus  
Nola  
Ciirculus  
Pomum  
Pila  
Lucius gyratus  
Operculum  
Maleficus rotæ impo-  
Orbis quicunq; (situs  
Angvis caudâ mordës.

*P.* { Pedum Episcopi aversu-  
vis, inespientem : ut pro literâ L.

*Q.* { Cantharus cum ansâ. laternam.

*R.* { Puppa.  
Homo faciem in thorace habens, brachio sinistro ad  
costas reflexo, crureq; obliquè extenso.

*S.* Angvis

NOTÆ.  
Si figuram literæ alicuius majo-  
ris non potes invenire ; sume for-  
mam minoris illius literæ : ut fi-  
guram minoris literæ g. pro literâ  
majusculâ G. Aut sume literam ex  
Alphabete Graco, Hebraico &c.  
Sic II. græcum figurabis per pati-  
bulum rusticum. Aut utere Alpha-  
betis Chymicorum occultis. Aut  
modo placiti. Aut pone rem ali-  
quam, ab ea literâ, quam formare

## ARS MEMORIAE.

- S. { Anguis tortuosus.  
Terebellum cochleatum..  
Vectis chirurgicus.  
Gradus cochleati.
- T. { Malleus murariorum  
Serpens à Mose erectus.
- V. Circinus inversus.
- W. Insignia urbis Vratislavensis
- X. { Crux  
Instrumentum, super quo ligna dissecantur
- Y. { Furca  
Rutabulum.
- Z. { Cacabus obliquè fissus  
Later quadratus cum obliquè inducta vimā.  
Ligneus quadrans, in inversione talem figuram ostendens.



1600  
Opere  
Expositi  
Soc. RA

## T A B U L A III.

DE VOCIBUS PER SE  
IN FIGVRABILIBVS, VT  
SUNT SYLLABÆ, ARTICULI, PRONOMINA,  
adverbia, præpositiones, conjunctiones, inter-  
jectiones, & vocabula lingvarum peregrin-  
narum, similiaq;

Vox per  
se infigu-  
rabilis.

{ Consonantia. -----

Tuus:	thus
Palam:	Palea, paliusus
Ego:	Ege
Apud:	caput
Profecto:	professor
Clam:	Klammer
Modicum:	modium
Tenus:	ebenus
Sine:	Schiene / Biene
Deinceps:	princeps
Valde:	valvae
Heus:	Reiß
Semel:	Semmel.
Bis:	glis, vis
Sive:	Seiffe
Citra:	cythara
Vel:	fel
Haud:	Haut
Vah:	Gach
Ecce:	axe
Ast:	Aost

Multum

Multum : stultum  
 Intus : styncus, incubus  
 Cur : cor  
 Cras : vox corvi crocitantis  
 Herclè Hercule  
 Seorsim : dorsum  
 Potius : socius  
 Heu : Hew  
 Ubi : uber  
 Vobiscum : episcopum  
 Ancora : (Ital. h. e. etiam)  
 anchora.

## N O T A.

Multa etiam ad sequentem modum referri possunt : & vi-  
 ce versa.

*Commutatio literarum & syllabarum.* Pag. 51.

*Adjectio vel detractio literarum, & syllabarum.* Pag. 52.

*Coniunctio vocum per se nullam imaginem habentium.*

Pag. 54.

*Resolutio vocum in syllabas, certi aliquid significantes.*

Pag. 55.

*Farrago dictionum, res aut personas visibiles denotantium,  
 & incipientium à vocum ignotarum syllabis, vel mini-  
 mū literis.* Pag. 56.

*Dissolutio dictionum in literas.* Pag. 57.

*Divisio personæ in partes.* Pag. 58.

*Arbitrium voluntarium.* Pag. 59.

*Notatio litera prima & ultima.* Pag. 60.

*Commutatio literarum & syllabarum  
juxta:*

*Principium.*

*Medium.*

*Finem.*

Nimium : simium..  
Valde : falte  
Ceu : heu  
Cur : hur  
Quater : later  
Cras : vas  
Foras : horas  
Vah. : Bach / Bach  
Ultra : lutra  
Tenus : Venus  
Illa : olla  
Vix : nix  
Cis : Glis  
Forte : corte.

Super : suber  
Alius : alvus  
Cominus : caminus  
Quippe : Quappe.  
Meus : mens  
Secum : setum  
Præter : prætor  
Trappo (Ital. h. e. plus) : Trappe  
Vobilcum : verbascum  
Fortuito : formido.  
Propè : prole  
Trans : trabs..

Papa : papa.  
Palam : palma.  
Hem : hen  
Parum : parus  
Docte : doctor  
Yevea : genu  
Nave (Ital. h. e. navis) :  
Cras : Kram (vena)  
Quater : quadra  
Modicum : modius  
Porro : porrum.

*NOTA.*

*Signum factum à commutationis est, si rem literam suam primam, permutata similem, dictione signanda adjunxerimus: ut si pro Siege (Gall. h. e. sella) ponamus Wiege, in quib jaceat puer, nomine Simon vel Salomon. Naturaliter tamen memoria facile commutationem istam retinere solet.*

*Ad*

ARS MEMORIÆ.

<i>Adiectio vel De- tractio literarū S syllā- barum.</i>	<i>Prin- cipi- um.</i>	Unà : lacuna
		Imo : Simon
		Ex : fex , rex , lex , grex
		Cum : viaticum , orichalcum
		Ter : linter
		Tu : otus
		Abs : lalaps , cyclops
		Alius : paliurus
		Illum : sigillum
		Intus : labyrinthus
<i>Adiectio . Medi- um.</i>	<i>Finis.</i>	Dum : esedum
		Ita : instita (saum)
		Certè : lacerta.
		Cum : compater , cuminum
		Abs : abstemius
		Non : Nonne
		Væ , velum , velia (Hensling.)
		De : Deus , decurio
		Præ : præs , præco , præbiter
		Tu : tuba , tubicen , tuber
<i>Detractio . Pag. sequente. 53.</i>		Ad : advena , advocatus
		Sui : tutor , sudor , sura
		Ante : antesignanus , antimonium
		Eia : Aimeleia
		Intus : indusium
		Magis : magister
		Quasi : quasillus (Spulforb)
		Pro : procus , proavus , prora , propola
		Ob : obstetrix , obex
		En : ensis

## Detractio.

Medi  
um.

Finis.

## Principium.

Suus : sus  
 Potius : pus  
 Secundum : sedum  
 Quapropter : quater  
 Minimum : mimum  
 Extra : exta  
 Secundum : Sedum  
 Seorsum : serum  
 Vobiscum : focom  
 Insuper : imber  
 Aliquando : liquo  
 Coram : fgm (petra  
 Pietra (Ital. h. e. lapis;) )  
 Limosson (Gall. h. e.  
 limax;) limon..

Evax : fax  
 Cujas : vas  
 Adversus : ursus  
 Enimvero : fero  
 Idecirco : hirco  
 Clam : lam  
 Nostras : ohtrea  
 Utinam : tinea  
 Pariter : Ritter  
 Vestrum : oehrung (Affe  
 A staffe (Angl. h. e. fustis;) )  
 Eschelle ( Ital. h. e. scala;) )  
 Palam : pala (Schelle.  
 Circiter : circi  
 Superne : suber  
 Evidem : equi  
 Pedali (Ital. h. c. calcei linei  
 vel lanci;) peda.  
 Marinero ( Hisp. h. e. nau-  
 ta;) mari  
 Imparare ( Ital. h. e. disce-  
 re;) impar  
 Caricare ( Ital. h. e. onera-  
 re;) carica  
 Kindred (Angl. h. e. cognat-  
 io;) Kind.  
 Esternuer ( Gall. h. e. ster-  
 nutare;) Esther  
 Pisciare (Ital. h. e. mejere;) )  
 piscis.

## N O T A.

Additum quid esse, quod auferri debet, notatur 1. Memoria naturalis atie. 2. Ablatione membrorum : capitis quidem, si à principio quid demendum : pectoris, vel huic respondentis partis, si ex medio : cauda vel alterius alicujus partis inferioris, si à fine. Ut lupus absisso capite : aper eodem truncato : lapis, in cuius medio sit forea : columba, resecta cauda. 3. Mutatione coloris literæ vel sillabe admendæ, vel alterius alicujus signi annotatione in illo loco : ut si in Mergæ medio macula nigra, notetur : vel columbe cauda, aprijs caput, alium, atq; totum, habeat colorem. Ademptionis exempla sunt : Esatas super pyro sedens : Fabianus mulifrontem perforans, vel ei insidens.

Con-

- Par, ens: parens  
 Ari, as: anas  
 Ab, es: abies  
 Ab, ortus: abortus  
 Ad, amas: adamas  
 Per, la : perla  
 Ad, finis: adfinis  
 Ante, nior: antenor  
 Esse, dum: esedum  
 Et, ille : edellæ (Ellritzen.)  
 Qui , es: quies  
 An, ita: amita  
 An , es: ames  
 Non, tua : noctua  
 A, sinus: asinus  
 A, per: aper  
 An, illa: ancilla  
 Te , sta : testa  
 Se , curis: securis  
 Cande, la : candela  
 Cum, ullus: cucullus  
 Re, te : rete  
 Cave, à: cavea  
 Te, stes: testes  
 n , ès: Ref.



*Resolutio vocum in syllabas,  
certi aliquid significantes.*

Pedamentum:	peda, mentum.
Suspectus:	fus, pectus
Sonatore (Ital. h. e. musicus:)	sonat ore
Formento (Ital. h. e. triticum:)	fohr/ mento
Amicablemento (Ital. h.e.amicè:)	a- mica, elemento
Ributtare (Ital. h.e.submovere:)	tri- butum, dare
Reziamente (Hisp. h.e.rigidè:)	retia, mente
Domingo (Hisp. h. e. dies domini- cus:)	do, mingo
Desclavar (Hisp. h.e.clavum evellere)	des, clavam
Liberalité (Gall. h.e. largitas:)	liber, alite
Caquater (Gall. h.e. garrire:)	coqua, ter
Enterrer (Gall. h. e. sepelire :)	Ente/ rühr
Ἄρης (cimex:)	Aff/iß
Οξύβαλον (acetabulum,, ein Tunc- schüsslein:)	Ochs/iß/favum
Μέλανθος (Neptunus:)	mel, an- thos.



Farrago  
dictionū,  
res aut  
personas  
visibiles  
denotan-  
tium, &  
incipien-  
tiū à vo-  
cū igno-  
tarū vel:

Literis.

- Casus: Carolum sus mordet  
 Apis: Adelgunda pīcem vorat  
 Lutetia: Lucretia trgit tibiam arenā  
 Prælum: Prætor ligat umbilicū  
 Mandragora: mancipium draconem gobios devo-  
     rantem comprehendens, & alias superveniens  
     ramo draconem percutiens.  
 Artificium: Arnoldus & Timotheus sic uident um-  
     bram.  
 Contre (Gall. h. e. contra:) Conradus tremit  
 Pour (Gall. h. e. ob:) Polycarpus urticam habet  
 Almorzar (Hisp. h. e. jentare:) Albertus mordet  
     zaram.  
 Niente (Ital. h. e. nihil:) Nicolaus ensem tener.

## N O T A E.

Licer ad majorem facilitatem dictioni, si à vocali incipi-  
 at, consonantem præponere: & vice versa. Tùm verò signū  
 additionis notetur, v. g. pro Anne Ranne: pro bīs, apis.  
 Licer etiam loco nominū, prænomina & cognomina su-  
 mere.

- Bar: Benedictvs argillam tractans  
 Alacer: Andreas lacer vestibus  
 Roche (Gall. h. e. rupes:) Reinhardus & Otto che-  
     lidoniam colligunt  
 Caldero (Hisp. h. e. ahenum:) Casparus alligat De-  
     metrij rotam.  
 Cantina (Ital. h. e. cella:) Christianus amputat Ti-  
     mothei nasum.

## N O T A E.

Parte alicuius dictionis majore formatā, credi vix potest, quām promptè reliquum  
 quod deest, naturalis memoria suppedit. Non igitur opus est formatione syllabarum  
 omnium.

Vt autem admonearis, rem totam pro syllabā positam esse, ut cum baculus ad syllabam  
 Ba exprimendam assumitur: debet colore, figura vel materiā, vel omnibus simul, diver-  
 sus esse ab eo baculo, qui pro seipso positus est. Quamvis etiam sola naturalis memoria  
 facile hic sciat interstingvere.

H

Diffolu-

Dissolu-  
tiōdictio-  
num in.  
literas,  
harumq;  
expresio  
velper:

Per-  
sonas.  
Acti-  
ones  
&  
passi-  
ones  
cum  
perso-  
nis &  
rebg,  
it aut  
aptē  
cohē-  
reāt.

- Ipie: Isaac, Petrus, Simon & Elaias in circo sedentes & deliberantes, vel disputantes.  
 Meus: Margaretha, Eva, Ursula, & Susanna circa mēsā sedētes, & coronas necētes vel lac comedentes.  
 Egomet: Erhardus, Gregorius, Otto, Martha, Esther & Tullia, chartā ludentes.  
 Sōnia: Severinus cum Ortiliā, & Martinus cum Albina circa vas saltantes, vel quid aliud agentes.  
 Et: Elias & Thomas confabulantes.  
 An: Antonius nolā clangens.  
 De: David Elisabethā donans quid manu occultatū.  
 Ex: Eusebius Xenium adferens.  
 Phu: Philippus Helenam ungit, vel vincit.  
 Nec: Nicodemus edit caseum. (mas.)  
 Clam: Christophorus Lavat Annæ Manus, vel Mam.  
 Intūs: Ioannes & Nathan trahunt Ursulæ subuculam vel strophiolum.  
 Utinam: Ulricus, Tobias & Jacobus Necant Ambro-  
sium Malleo. (plastro.)  
 Juge: (Gall. h.e. judex:) Ioannes Vulnus Glutinat Em-  
Place (Gall. h.e platea:) Petrus & Laurentius Ampu-  
tant Chrysostomi Crinaceum.  
 Silla (Hisp. h.e. sella:) Sebastianus & Ieremias Lædunt  
Luciam Acinace.  
 Phoebē (perterrefacio:) Fridericus & Otto Frangunt  
Elisabethā Ollam.  
 Ciregio (Ital. h.e. cerasum:) Catharina & Iustina Rapi-  
unt Erasmi Grammaticam.

## NOTE.

Dictiones tūm demūn in literas vel syllabas resolvuntur, cum neg̃ ipsæ integræ, neg̃ ipsarum partes majores aliquid figurabile significant. Tunc enim illas, in literas, vel syllabas resolvō, easq; exipro per alias voces, que tales literas aut syllabas initiales, vel unam, vel (quod melius) plures habent. Contrā, si dictio formanda sit brevissima, licet etiam alias voces, ut integra sententia fiat, addere: ut An: Abrahamus Nas-  
sum emungit. Primus locus debetur persone: secundus verbo activo, passivo, neutri aut deponenti: tertius persone vel rei: quartus instrumento & loco in, ad, e, vel per. Sufficit priores saltem aliquot literas formasse, quippe memoria naturali solā, reliquias, nullo fe-  
rè negotio adjacente.

Divi-

**A B :** Hic in dextrâ imaginis parte ponatur *circinus expansus cum axe*, in medio ejus : in sinistrâ *compedes ferrei*.

**H o c :** Persona fingatur brachij sursum extensis, cingulo applicato, & cruribus dilatatis, ad figurandum nimirum literam H. Dextra manus gerat circulum : sinistra eucorbiatum dimidiatum.

**F e n (Gall. h. e ignis :)** Imago in dextrâ tenens falcem majorem ; in sinistrâ serram, in pectore circinum inversum : vel Fridericus in dextra Elleborum, in sinistrâ, urticam habens.

**C o d a (Ital. h. e cauda :)** Christianus in dextrâ habens pilam, in sinistrâ lyram Apollinis, in pectore ad collum ligatum circinum cum axe.

**L u g a r (Hisp. h. e. locus :)** Laurentius in dextrâ gerens ligonem : in laevâ vesicam : in pectore sive sinu gallum : in ventre avenam. In dextro crure litera R. aureo colore scripta videtur.

**C o u s i n (Gall. h. e. consanguineus :)** Imago in dextrâ dimidiatum peponum gerens : in sinistrâ pomum : in pectore, circinum inversum : in ventre angvem tortuosum : in dextro pede batulum : & in sinistro literam majusculam N. rubeo colore pictam.

#### N O T A.

Optime egeris, si (quod vel à mediocriter exercitato fieri potest) coherentiam fingas: v. g. dum, in exemplo penultimo, Laurentius ligone vesicam perrumpit, gallus perterrefactus è sinu exilit, avenamq; devorando, in causâ est, cur gluma aureum litera R. colorem deturpent.



*Arbitrium vo-  
luntarium ob-  
servando lite-  
ram vel:*

*Nullam.*

*Primam.*

Et :	malum Punicum
In :	cucurbita
Propter :	nux
Ex :	avellana
Quia :	oliva
Sed :	Pyrum
Ego :	uva
Profecto :	ficus
Hui :	persicum &c.

Præter :	prunum
Non :	nux
Citra :	citrium
Cum :	cotoneum
Ab :	armeniacum
A :	avellana, amygdalum
Con :	castanea
Propter :	pineæ, pistacia
Trans :	tribulus aquaticus
Circa :	cerasum
De :	dattylus
Cis :	cappares
Si :	sambucus
Juxta :	juniperus
Super :	sorbus
Forte :	ficus
Clam :	carice
Ubi :	uva
Ob :	oliva.



Inscriptionem.	Rationale.	Subito : SO
		Agedum : AM
		Enim : EM
		Fuego (Hispan. h.e. ignis:) FO
Notatio literæ pri- mae & po- stremæ vel etjam plu- rimum, per:	Animal.	Diece (Ital. h.e. decem:) DE
		Coutil (Gall. h.e. culcitra:) CULL.
		Illic : Josias & Casparus aliquid a- gentes.
		Procul : Paulus Osculatur Lazarum.
Irratio- nale.	Rationale & irra- tionale simul.	Octies : Onofrius Legit Syllabam.
		Nempe : Nicolaus Mactat Equum,
		Σύνοντος Clarificium : ) Zaccharias
		Necat Suem.
Notatio literæ pri- mae & po- stremæ vel etjam plu- rimum, per:	Animal.	Tynne (Angl. h.e. stannum:) Theodo- dorus Nudat Elisabetham.
		Circa : Carolus Recreat Asinum.
		Canela (Hispan. h.e. cinamomum:)
		Christophorus Numerat Albur- nos.
Reliquorum modorum aliquem, quibus literæ sunt formatae superius.	Rationale & irra- tionale simul.	Anitra (Ital. h.e. anas:) Andreas Te- net Aquilam.



ARS MEMORIAE.

T A B U L A IV.

DE PROPRIIS NOMINIBUS.

<i>Facinus</i> <i>egregium.</i>	Simson: Portans valvas portarum. Adam: Eius pomi. Abraham: Mactans filium. Scanderbeg: Nudè digladians. Judith: Caput Holofernisi. Abigail: Offerens dona. Solymannus: Vienna obfessa Romulus: Roma, lupa. Joseph: vestis cruenta.	
<i>Personae- iustitiae no- minis.</i>	Augustus, Imperator: Augustus, Princeps An- haltinus. Maria, Regina Ungariæ: Mulier ejus no- minis. S. Paulus: Vir ejus nominis. Elisabetha, mater Joannis Baptistarum: Elisabe- tha aliqua nota.	
<i>Propria nomina.</i>	<i>Personæ i- psa, vel i- psius effigi- es.</i>	Rudolphus II. Imperator: ipsem et notus si- fit. Rudolphi II. ignoti effigies. Henricus IV. Galliarum rex: Rex ipse. Henrici effigies. Elisabetha, regina Angliae: Regina ipsa vel se- mel duntaxat visa. Elisabethæ effigies.
	<i>Etymologia. Pag. 62.</i> <i>Insignia, alcæve nota. Pag. 62.</i> <i>Character corporis. Pag. 63.</i>	

Etymo-

Cicero : cicer
Bonifacius : benefactor
Ovidius : caseus ovillus (per jocum.)
Chrysostomus : aureum os
Clara : facies clara
Dorothea : donum divinum
Margaretha : margarita
Barbarossa : barba ruffa
Petrus : Petra
Agatha : bona
Albina : albedo
Benedictus : benedictus
Cunradus : kuhn/rath
Christophorus : Christum ferens
Catharina : pura
Euphemia : fausta acclamatio.

Insignia ali-  
ævenotæ.

Petrus : clavis major
Judas : loculus
Gallia : tria lilia
Bohemia : leo
Alvenslebius : quatuor rosæ
Hercules : Clava
Paracelsus : gladius
Rogerius Bacchon : salamandra
Hermes Trismegistus : tabula Smaragdina.
Hala Saxonum : luna corniculata, cum duabus stellis.
Sprottavia (Silesia urbs, patria authoris). Tres turres cum duobus cornicinibus & aquilâ.




Scanderbegus; labia cruenta  
 Lazarus; ulceræ  
 Zopyrus; nares & aures resectæ  
 Petrus; calvities  
 Joannes Fridericus Elector; cicatrix.  
 Clemens VIII. Papa; nodi in articulis.  
 Absolon; longa cæstaries.

Chara-  
cter cor-  
poris.

N. N. N.	Capito
	Fronto
	Auritus
	Labeo
	Loripes
	Oenobarbus
	Mystax
	Aruncus
	Bucco
	Lagochylus
	Gibbosus
	Herniosus
	Verrucosus
	Gelasinus
	Scabiosus
	Sex digiti
	Nasus vel:
	longus
	simus
	aquilinus.

### N O T A.

Fieri potest, ut nomen personæ, quantumlibet notissimæ, non statim succurrat: ideoq; siv. g. pro Friderico imperatore, posueris Fridericum aliquem tibi notum, dabis in dextram ejus falcem, & in sinistram, puppam.



Substan-

## TABULA V.

## DE SUBSTANTIVIS.

<i>Virtus vel vitium.</i>	{	Passer: salacitas
		Testudo: tarditas
		Pavo: superbia
		Formica: labor
		Upupa: fœtor
		Corvus: nigredo
		Vulpes: pescatura per caudam.
<i>Simili- tudo forma velmo- rum.</i>	{	Nicotiana: cerebri expurgatio
		Euphrasia: visus acutus.
		Argentum: stannum Anglicum.
		Absynthium: abrotanum
		Aurum: orichalcum
		Spira: serpens tortuosus
		Circulus: corona.
<i>Substan- tivum.</i>	{	Dux belli: nauclerus
		Plebs: belua multorum capitum.
		Navis: anchora
		Bibliotheca: liber
		Bellum: lancea
		Urbs: turris
		Cervus: cornu cervinum
<i>Pars Totius, aut species Gene- ris: vel vice versa Totum pro parte, &amp; Genus pro specie.</i>	{	Elephas: ebur
		Poena: scutica, fidicula
		Destillatio: alembicum
		Frumentum: triticum
		Pomum: pediculus
		Vermis: lumbricus
		Arbor: pyrus, radix, ramus, folium.
<i>Vineae</i>	{	Homo: manus
		Animal: taurus
		Aromata: zinziber, cinamo-
		num.

Vinea: uva, pampinus.  
 Domus: scamnum  
 Egyptus: Alexandria  
 Morbus: hydrops  
 Mensa: fulcrum.  
 Culina: tripus, forceps signarius.  
 Officina pharmaceutica: mortarium.  
 Anchora: navis  
 Venabulum: venatio  
 Salix: arbor  
 Jupiter: planeta  
 Argentum: metallum.

Metallicus: semicinctum  
 Sponsa: annulus  
 Papa: corona triplicata  
 Imperator: corona Cæsarea  
 Rector: habitus Rectoralis  
 Rex: corona simplex  
 Elector: habitus electoralis  
 Judæus: pileus ruber, aliudve signum.  
 Coquius: culter major, cochleare.  
 Mendicus: Capsa panaria  
 Sartor: ulna.  
 Aurum ☽  
 Argentum ☾  
 Cuprum ♀  
 Stannum ♣  
 Ferrum ♂  
 Plumbum ♪  
 Vitriolum ⊕  
 Alumen ○ &c.

*Signum.*

## Subjectum.

Castitas: Joseph suspiciens
Patientia: Jobus suspiciens
Pulchritudo: Esther suspiciens
Sapientia: Salomon templi fornicem contemplans
Incestus: Balæna (Rauschor) scopulus scandens
Humiditas: Aqua è canali in sublime erumpens.
Duricies: Lapis in monte, vel alio quodam loco edito repositus
Robur: Cauda crocodili erecta.

## NOTA.

Ne error contingat inter hujusmodi substantiva,  
et adjectiva ipsa: exempla præcedentia et se-  
quentia cavere jubentur.

## Abstractum.

## Oppositum.

## Consequens.

Divitiae: Lazarus suspiciens
Parvitas: Goliath manum altè erigens
Juventus: Neftor suspirans
Duricies: Oleum ab igne in altum evolans
Fortitudo: Puellus super mensam
Amaricies: Saccharum super fornace, exic- candum.
Magnanimitas: Lepus saltu collem petens
Constantia: vertumnus, mulier crines pectens
Mundicies: Lupula arborei insidens
Debilitas: Milo Crotoniensis.
Blasphemia: Linguae amputatio
Prudentia: Consiliarius, consul, prætor
Siccitas: Cometa, terra rimis plena, febris
Paupertas: Humiliatio
Ebrietas: Cephalalgia, vomitus, hydrops, scortatio, homicidium
Eruditio: Modestia.

## ARS MEMORIAE.

<i>Causa.</i>	Divitiae : Mercatura, thesaurus repertus, hæreditas ampla
	Ariditas : Sol, canicula
	Egestas : Crapula, naufragium, spoliatio
	Continentia : Penis manu cohibitus
	Puritas : Aqua, ignis
	Trifititia : Pecunia jactura , vel aliud infortunium
	Amœnitas : Ver
	Pinguedo : Cerasa
	Diligentia : Ferula
	Dulcedo : Digestio

Fœcunditas : Salvia &c..



## T A B U L A VII.

## DE ADJECTIVIS.

Adjecti- vum.	Albus: lilyum album ad terram propensum.,
	olor capite aquis immerso
	Amarus : absynthium pedibus conculcatum ,
	fel à lanio humi projectum
Subjectum.	Ambulans: Aristoteles ingemiscens , cornix super arenâ spatians
	Amens: Pelicanus
	Animosus: Leo
	Audiens acutè : Capra
	Austerus: Corvus strutiocamelus
	Blandiens: Felis , canis
	Calvus: Petrus , Paracelsus
	Castus: Joseph , Lucretia
	Clarus: Sol, crystallus , stiria
	Constans: Hedera
Oppositum. Consonan- tia. Pag. 72. Signum. Pag. 74.	Crudelis: Leæna , Joannes Basiliades Mos: o- rum Dux
	Devotus: Alauda, pulli corvorum
	Docilis: Simia , elephas , psittacus
	Doctus: Aristoteles , Ramus , Theophra- stus
	Dives: Croesus , Crassus
	Egenus: Irus , Lazarus
	Ebrius: N. N.
	Felix:
	Fidus: Achates , sus
	Fœcundus : Lea , Lepus , Mus , Comitissa Ho- llandica
Formidabilis: caput leonis	
Fortis : Hercules , Tamerlanes	
Fraudulentus: Crocodilus	

A R S M E M O R I A.

- Furax: corvus  
Gemens: turtur  
Gratus: ciconia  
Gravis: lapis, plumbum  
Humidus: aqua, pluvia  
Immundus: porca  
Imbecillus audacior; vespertilio  
Importunus: pulex  
Impudens: musca fronti insidens  
Impudicus: uxor Potypharis  
Indocilis: asinus  
Indomitus: taurus  
Infensus: noctua, angvilla  
Inconstans: hirundo  
Infidus: canis  
Ingratus: cuculus, columba  
Iracundus: gallus Indicus  
Instabilis: vespertilio  
Lascivus: vitulus  
Lachrymans: vitis deputata, Heraclitus  
Libidinosus: pas er, hircus  
Longævus: Matthusalem, Nestor, cervus  
Loquax: psittacus, anas, anser, monedula,  
    picä, sturnus.  
Lucifugus: otus, vespertilio  
Maledicus: angvis, Simei  
Magnus: Polonus ille, qui nuper Lipsiæ fuit  
    Goliath, Saulus, taxus.  
Mansuetus: agnus  
Mundus: catus  
Mutus: piscis  
Niger: Æthyops, carbo  
Nudus: cahis Indicus, infans  
Otiosus: fucus, cicada  
Patiens: Jobus  
Pius: Maria, soror Lazari, Æneas

Providus: formica  
 Prudens: serpens  
 Pulcher: Absolon, Susanna  
 Purus: aurum  
 Querulus: Thamar soror Absolonis, Jephthe filia.  
 Rarus: corvus albus, hirundo alba  
 Recalcitrans: mulius  
 Rugiens: leo  
 Sapiens: Salomon, Solon  
 Saltans: ursus  
 Sævus: Tygris  
 Siccus: suber  
 Simplex: columba  
 Sollicitus: Martha  
 Somnolentus: glis  
 Sordidus: upupa  
 Sublimis: accipiter, aquila  
 Superbus: pavo, equus, virgo  
 Timidus: cuniculus, lepus  
 Tegens lapsus: simia mingens  
 Versi pellis: vulpes  
 Vigil: grus, gallus  
 Vorax: lupus  
 Zelotypus: Pinehas, filius Eleazaris.

Durus: oleum  
 Magnus: pygmæus  
 Constand: mulier calceos induens vel exueniens  
 Dives: Lazarus  
 Juvenis: Matthusalem  
 Fortis: infans, silicernium  
 Sapiens: Rechabeam  
 Insipiens: Salomon  
 Misericors: Tygris  
 Bonus: Diabolus  
 Albus: Ethyops, carbo, corvus  
 Dulcis: aloë, absynthium, fel, centaurium

*Oppositum.*

Sedens:

ARS MEMORIAE.

71

Sedens: cornix, Aristoteles  
Animosus: cervus  
Videns: falpa, cætis  
Caudatus: simia, capra  
Cornutus: asinus  
Audiens: surdaster  
Calvus: Absolon  
Crudelis: agnus  
Simplex: vulpes  
Docilis: asinus  
Fœcundus: elephas  
Formidabilis: puella formosissima  
Debilis: Hercules  
Fraudulentus: columba  
Ingratus: ciconia  
Levis: Saxum, plumbum  
Gravis: pluma  
Humidus: suber  
Mansuetus: taurus  
Gratus: cuculus  
Taciturnus: monedula, mulier, pica, pittacus, melala.  
Loquax: piscis  
Otiosus: apis, formica  
Impatiens: Jobus  
Vigil: glis, Apostoli dormientes  
Sommolentus: gallus, grus  
Humilis: pavo, equus  
Audax: lepus, cuniculus  
Cæcus: lynx, aquila.

N O T A.

Quod minus in generibus erres, poteris v.g. pro Canorus, Cygnum  
ponere; pro canora, Cicadam; pro Canorum, Musicum aliquod  
instrumentum. Quamuis labor fermè sit supervacaneus: natura-  
lis enim memoria per se pterung, novit discernere.

Conse-

- Turpis : orbis  
 Agrestis : tyrocnestis  
 Purus : urus, murus, melanurus, nurus  
 Fœdus : hœdus  
 Cordatus : chorda, ocreatus  
 Amens : dens  
 Prudens : rudens, tridens  
 Parcus : porcus, hircus, Marcus, Argus  
 Pavidus : avis  
 Tardus : turdus  
 Dives : ribes  
 Paucus : daucus  
 Vilis : bilis  
 Durus : dumus  
 Mollis : follis, μολγός (culeus ἑδερινάς) mullus.  
 Tener : gener  
 Crudus : rubus  
 Dulcis : ulcus  
 Acerbus : Cerberus  
 Amarum : amaracus, amaranthus.  
 Siccus : sicarius  
 Rigidus, rivus  
 Fervidus : ervus  
 Molestus : Palimpsestus, testis, quæstus.  
 Benevolus : nævus  
 Invidus : fœtus  
 Lætus : pætus, legatus, lepus, cetus.  
 Tristis : restis  
 Plenus : Venus  
 Bonus : ebenus, ὄν (asinus, fusus, axiculus, verpus.)  
 Vacuus : acus, lacus  
 Integer : ager, onager  
 Lacerus : acervus  
 Novus : ovis  
 Nudus : nidus

*Consonan-*  
*tia.*

Parvus: arcus  
 Altus: saltus  
 Planus: Capellanus, anus  
 Domesticus: domus  
 Rectus: pectus  
 Curvus: corvus  
 Serenus: eremus  
 Clarus: clavus  
 Obscurus: sciurus  
 Securus: securis  
 Macer: macerias  
 Sanus: hamus  
 Mortuus: abortus  
 Beatus: screatus, meatus &c.

Pacificus: olea  
 Triumphabundus: vexillum  
 Sanctus: circulus aureus  
 Regius: corona  
 Justus: bilamx  
 Potens: orbis cum cruce  
 Nobilis: insigne  
 Stultus: nolæ  
 Doctus: liber, habitus singularis  
 Avarus: crumena, loculus, foccus auro refertus.  
 Iracundus: labia sanguinolenta, oculi scintillantes  
 Celer: pedes vel humeri alati  
 Mortuus: crux, scamna præ foribus reposita  
 Lætus: ferrum impositum, pileus cristatus  
 Senex: scipio, cani, tergum gibbosum  
 Puerilis: puer baculo insidens  
 Vinosus: vas vinarium  
 Bellicosus: arma  
 Bibax: poculum, cantharus vel vitrum præ grande  
 Temperans: poculum exiguum  
 Superbus: speculum

*Signum.*

Eternus:

- Æternus : circulus  
 Mortalis : arenarium , calvaria  
 Fortis : columnā major  
 Infamis : Stigma inustum  
 Perjurus : digitī resecti  
 Ægrotus : decubitus  
 Somnolentus : oculi nictantes  
 Tristis : frons caperata  
 Claudus : pes ligneus  
 Gravis : barba promissa  
 Incombustibilis : salamandra  
 Durissimus : Adamas  
 Astronomicus : astrolabium  
 Medicus : urinale  
 Chirurgicus : specillum

## N O T A.

*Quaedam tamen horum videntur potius ad subjecta referenda  
esse , quippe quibus excellenter insunt .*



## T A B U L A VIII.

## DE VERBIS.

Verbum.	Consonantia.	Amare : amarus
		Juvare : uva
		Hortari : hortus
		Ovare : ovum
		Docere : cera, Ceres
		Silere : ilex
		Video : vidua
		Mordeo : hordeum
		Fleo : leo
		Maneo : manus
		Placeo : placenta
		Jubeo : jubar
		Sorbeo : sorbus
		Langveo : angvis
		Egeo : Ege
		Ardeo : ardea
		Fateor : fator
		Lego : ligo
		Scribo : scriba
		Disco : discus
		Cado : cadus
		Fundo : funda
		Haurio : auris
		Aperio : aper
		Sævio : sævum
		Salio : sal
		Suffio : Sophia
		Nuncio : nuncius
Animal rationale vel irrationale, id maximè agens.		Cano : cantor, æditus
		Decipio : Alchymista spurius
		Fæneror : Judæus
		Glomero : araneus
		Neo : bombyx, netrix
		Navi.

Navigo : sciurus, nauta  
 Seco venam : hippopotamus  
 Applico clysterem : ibis, ardea  
 Vomo : canis, bibo  
 Consideo : ciconia  
 Rejuvenesco : coluber, cancer, gammarus,  
     phœnix.  
 Resurgo : musca, hirundo  
 Macto : lanius  
 Laboro : formica  
 Rudo : asinus  
 Rugio : leo  
 Balo : ovis  
 Hinnio : equus  
 Crocito : corvus  
 Eiulo : infans  
 Latro : canis  
 Servio : servus  
 Molo : molitor  
 Egeo : mendicus  
 Disco : scholaris  
 Pingo : pictor  
 Curro : tabellarius  
 Doceo : præceptor, doctor  
 Lavo : balneator  
 Sartio : sartor.

*Instrumentum. Pag. 77.*

*Gestus concurrens. Pag. 77.*

*Consequens. Pag. 79.*

*Proverbia. Pag. 78.*

*Similia exempla & fabulae. Pag. 80.*

*Instrumen-*  
*tum cum*  
*quo vel cir-*  
*ca quod.*


Scribo: calamus
Bibo: cyathus
Quiesco: lectus
Lavo: aqua
Ungo: unguentum, oleum
Mordeo: dentes
Occupor: ædium extractio
Lego: liber
Audio: auris
Sono: campana, tintinnabulum
Vincio: vinculum
Neo: acus, vestis lacera, duplarium
Mulgeo: uber, mulctral
Sorbeo: cochleare
Navigo: navis
Scindo: culter
Findo: cuneus
Olfacio: olfactoriolum
Pingo: penicillus
Aro: gleba, vomer
Ardeo: ignis
Lucco: sol, fax.

*Gestus concurrens.*

Taceo: impositus ori dğitus
Benedico: crucis formatio
Furor: marsupij resectio
Ningo: traha
Gaudeo: brachium elatum
Mōreο: cubitus substratus
Poenitet: capitis frictio
Indico: index porrectus
Rogo: manus complicatae
Recuso: capitis vibratio
Ausculto: oris apertio
Annuo: capitis flexio
Jejuno: surgens à mensa post carnem appositam

Supplico : procidentia  
 Honoro : caput apertum  
 Damno : carbone noto  
 Amo : osculum  
 Suspicio : caput sublatum  
 Doleo : manus imposita  
 Superbio : supercilium attollo  
 Minor : digitus morsus  
 Edisco : liber clausus , digito interposito  
 Auxilior : porrecta manus  
 Audio : aures arrectæ  
 Dormio : nictatio capitis  
 Blandior : caput mulceo.  
 Ignosco : manum præbeo  
 Contemno : barba resectio.

Coquo : serculum carneum  
 Jaculor : vexillum sericeum , poculum argenteum  
 Lugeo : facies moesta  
 Studeo : pallor faciei  
 Heluor : Cornelius  
 Cesso : falcem vel aliud instrumentum paxillo affigo.  
 Furor : patibulum  
 Peiero : digitorum amputatio  
 Scortor : bubo venereus , penis mutilatio  
 Vinco : triumphus  
 Molo : farina  
 Pingo : effigies  
 Curro : pedes lassi  
 Terrefio : horror.  
 Frigeo : membrum rigiditas.



## Proverbia.

- Prohibere : efficiam posthac ne quenquam voce lacefas.  
 Invidere : rumpantur ut ilia Codro.  
 Finire : ite domum saturæ, venit hesperus, ite capellæ.  
 Adolescere : jam fragiles poteram à terrâ contingere rama-  
     mos.  
 Adjuvare : ego hoc te fasce levabo.  
 Delestatari : hîc gelidi fontes, hîc mollia prata.  
 Delitescere : mihi tûm quam molliter ossa quiescent.  
 Désiderare : cur dextra jungere dextram non datur?  
 Mentiri : pariter facta atq; infecta canebat ; Cancer le-  
     porem capit.  
 Incipere : scindere glaciem : aperire januam.  
 Discrepare : Herculis cothurnos aptare infanti : Cerdio  
     parvo pedi magnum calceum applicans : vel vice-  
     versâ.  
 Gratificari : Ranæ aquam (subministrare)  
 Dissimulare artem : Mercurius infans.  
 Infectari defunctos : jugulare mortuos.  
 Invertere : leporibus venari canes : ovis lupum, de-  
     vorans.  
 Extollere : elephantum ex muscâ facere.  
 Ineptire : anus saltat, : senex nucibus ludit, : camelus  
     saltat.  
 Corrigere : incudi reddere.  
 Cæcutire : in canis podicem inspicere.  
 Conjecturare : palpare in tenebris.  
 Obscurare : pulverem oculis offundere.



Similia exem-  
pia, & fabulae.

- Domare : triremibus affigere.  
 Domari : canis lignum alligatum portans , vel catenâ  
 vinctus.  
 Incarcerari : avis caveæ inclusa : Baiazethes.  
 Emergere : granum sinapi.  
 Insanire : canis rabidus.  
 Intervenire : lupus in fabulâ.  
 Ulcisci : serpens & angvilla.  
 Variare : vespertilio.  
 Mentiri : futor & Mercurius.  
 Sperare , spes relicta in corbe.  
 Calumniari : lupus excoriatus.  
 Placere : pater & filius cum asino peregrinantes.



## TABULA IX.

## DE SENTENTIIS.

Sententia.	Literæ.	Notatio pri- ma:	Statua cuius, dies, & inelut- tabile fatum. Prima litera figuretur se- cundum ta- bulam supe- riùs depictā, vel per:	Instrumenta familia.	Rati- onale.	Sebastianus Stephanus Sufarna Salome.	Scorpio Salmo Serpens Salamandra.
					Irrationale.		
Sententia.	Literæ.	Notatio pri- ma:	Maledicentia stultorum the- saurus, quem in lingua recē- ditum habent. Prima litera formetur vel per:	Instrumenta.	Rati- onale.	Martinus Melchior Margaretha Martha.	Aureo argenteo rubro viridi &c.
					Irrationale.	Milvus Monedula Melanurus	
Sententia.	Literæ.	Formatio vocis.	Syllabæ. Pag. sequente. 82. Formatio vocis. Pag. 83.	Inscriptio literæ majusculæ S. colore:	Tripus	Muræna.	
					Circulus trium pedum mensarius (Et gæc.)		
Sententia.	Literæ.	Summa sive conceptus rei per imagines:	Modus ex omnib. vel ex aliquibus compositus. Pag. 92.	Inscriptio literæ maju- cule M. colore:	Tridens.	flavo nigro coeruleo &c.	
Sententia.	Literæ.	Proprias.	Proprias. Pag. 84. Historias. Pag. 85. Fabulas. Pag. 86. Similitudines. Pag. 87. Proverbia. Pag. 88. Hieroglyphica. Pag. 90. Somnia & visiones. Pag. 91.	Impro- prias:	Proprias.	Proprias. Pag. 84. Historias. Pag. 85. Fabulas. Pag. 86. Similitudines. Pag. 87. Proverbia. Pag. 88. Hieroglyphica. Pag. 90. Somnia & visiones. Pag. 91.	Sylla-

Gaudia non  
remeant :  
sed fugiti-  
va nocent.

Sylla-  
ba.

Strenua in-  
genia, quo  
plus recessus  
sumunt, hoc  
majores im-  
petus edūt.

Mutatio. Gau	{ Saw Thaw.	{ Gregorius Amans Ursulam.
Adjectio. Gau	{ Graw Gausape.	Godefridus, Albina & Veronica confabu- lantes. (Ustulat.
Resolutio sylla- bae.	- - -	Georgius Anserem

Divisio personæ.	{ Imago vel persona in dextrâ Testudi- nem, in sinistrâ Acanthidem, in pecto- re Umbraculum suspensum gerens. Gabriel dextrâ Forcipem cochleatum, laevâ circinum tenens. Gedeon dextrâ Absynthium, sinistrâ Urticam ostendens.
Notatiolite- ra prima & ultima.	{ Gabriel & Ursula saltantes, vel quid aliud agentes. Georgius Verrens vel Vomens.

Consonantia.	{ Strew Dreh See	{ Stro Tres Erst.
Commutatio.	- - -	- - -
Adjectio.	{ Astra Esther Straal Strauß.	{ Salomon, theodosius, Rupertus & Esaias lu- dētes globulis vitreis. Sigismundus Terret Rudolphum Ense. Stephanus Truncat Rosinæ Erinaceum.
Resolutio.	- - -	- - -

Divisio personæ.	{ Persona habens in capite angvem tor- tuosum: in dextrâ crucem: in sinistrâ cantharum: in pectore Electrum. Susannula in capite terebellum: in dextrâ puppam: in levâ ebur habens. Samuel in capite sedentē habens Tur- turem: dextrâ Rapum: sinistrâ Efulam o- { sybilla Efulans. (stendens. Sciurus & Echinus ludentes.
Notatio li- tera prima & ultima.	Color aliquis oculos maximè ad se- se alliciens. L 2 For-

Forma-  
tio vo-  
cis.

*Prima. O-*  
pes ejusmo-  
di parandæ,  
quæ navi  
fractâ, si-  
mul cum  
domino  
queant e-  
natare.

*Principia.*  
Percōtato-  
rem fugito,  
nam garu-  
lō idem est.

*Subjectum.*  
*Instrumen-*  
*tum cum*  
*quo, vel cir-*  
*ca quod.*

*Subjectum.*  
*Oppositum.*  
*Consonan-*  
*tia.*

*Signum.*

Joseph Arimathæensis
Creesus
Midas
Crassus
Pactolus
Callicrates
Cinyra.
Aurum
Argentum
Lapis Philo-
sophorum
Oves
Cameli.
Pica
Pſittacus
Mola
Monedula
Crepitaculum Argitæ
Turtur
Cornix
Scopulus
Cicada
Littus.
Ariolus
Pſarr
Variolis
Narr
Staar.
Digitus ori impositus
Os serâ præclusum
Lingva amputata
Os obturatum
Homo Plinianus solo odore vi-
vens.

Imagi-

Omnis planta, quam non plantavit pater ille meus cœlestis, eradicabitur. Plantam eradicans & procul à se reijciens. Ut undam trudit unda, & fluctus sequenti fluctui cedit: sic dies pellitur die, malaq; præterita premuntur novis. Mare undosum.

Qui amat filium suum, assiduè flagella ei adhibiturus est, ut lætetur de eo tandem. Pater virgis vel flagello filium alacriter cädens.

Ejus, qui ex ægitudine benè cibatur, corpus nihil proficere, malum. Macilentus lecto assidens & multum vorans.

Si quis vult me sequi, abdicet seipsum, & attollat crucem suam quotidie & sequatur me. Crucem humeris imponens, & omnibus post se relictis Christum sequens.

Cum quidam corpulentus ac nitidus homo haberet equum macilentum & strigosum, rogatus quid esset in causâ: respondit, mirum non debere videri, si equo suo esset habitor: quandoquidem ipse se pasceret, equum autem curarer servus. Eques pinguis, equo strigoso infidens.

Qui tabe molestantur, si sputum, quod extussiunt, grave olet injectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, lethale. Phthisicus in prunas expuens, quem nares obturantem mors à tergo accedens, crinibus trahit, relicta in capite calvitie.

Scripta cave relegas, blanda servata puellæ: constantes animos, scripta relicta movent. Omnia pone feros quamvis invitus in ignes: Et dic ardoris sit rogus iste mei. Literas in ignem coniçiens.

Bucephalus Alexandri Magni equus, quoties nudus esset, e quisonem in tergum admittebat: ornatus verò regijs phaleris neminem ferebat, nisi regem ipsum, in reliquos ones ferociendo. Ita quidam tenues quemvis ferunt, divites verò facti despiciunt vulgares. Equus phaleris superbens & ferociens.

Hiskia fregit statuas, & contudit serpentem æneum, quem fecerat Moses, eò quod Israelitæ adolerent ei. Fractura statuarum & dicti serpentis.

Mulier nequicquam exornata est benè, si morata est malè. Mulier vestitu splendido, & rutilo torvo ac minaci.

### Imagines propriae.

Turcici imperatores nemine ex legatis exteris ad se adire permittunt, nisi medium inter cubicularios suos, brachia legati implicita suis tenentes. *Legatus aliquis ita implicitus.*  
 Tamerlanes Seytharum imperator nervis adeo validis & lacertis firmis fuit, ut Scythici arcus ingentis chordam ultra aurem extenderet, cupreumq; mortarium, pro scopo sagittarijs in ludo propositum, emissæ arundinis spiculo per foderet. *Tamerlanes ipse met, hoc peragens.*

Propter Christum deserendi sunt liberi, amici & omnia bona mundi. *Galeatus Caracciulus.*

Sangvis martyrum est semen Ecclesiæ. *Iomnes Tuscanus combustus, amputata prius altera manu.*

Nulla calamitas est sola. *Iomnes Hoperus ischiatricus.*

Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras. *Turnus moribundus.*

Mala citria resistunt veneno. *Mulier dans citrium pomum facinoroso.*

Necesse est facere sumptum, qui quartit lucrum. *Bernhardus Comes Trevisanus.*

Non solum justis in afflictione compatiendum est, sed etiam peccatorib. & injustis. *Heraclitus ad omnium hominum occursum flens.*

Antequam difficiliora tentemus, vires explorare oportet, nū hæ ferendo oneri futuræ sint pares. *Thomas Bilnee, martyr, digitum lucerne admovens. Vel, Portia Brutii uxor, novacula seipsum vulnerans.*

Lento gradu ad vindictam sui, divina procedit ira, tarditatemq; supplicij, gravitate pœnæ compensat. *Iehu, Achab, stirpem eradicans.*

Sunt qui Christiani videri velint, & tamen crudelitate vel savas beluas superant. *Canis verulam Indicam permingens.*

Ab irratis si perspicue pax & benevolentia petitur, non modò ea non invenitur, sed etiam augetur atq; inflammatur odium. *Adonia petens Schunamitidem uxorem à Salomone.*

Cum interrogaretur vir quidam sapiens, quid faceret Deus, respondit, eum alta deiijcere, & humilia erigere. *Willegisius Archiepiscopus Mogninianus: Agatocles rex: Nebucadnezar cum bestiis agri versans.*

Amici-

## HISTORIE.

Amicitiae veræ est monere & moneri, & alterum liberè facere non asperè, alterum patienter accipere, non repugnauerit. Athenodorus Augustum gladio ex improviso adortus.

Homines ingrati incident in magnas calamitates. *Bajazethes c. vea ferrea inclusus.*

Multi aliena appetendo propria amittunt. *Poculum factum ex calvaria Moscorum principis, capit à Tartaro, cum dicta inscriptione.*

Malum consilium consultori pessimum. *Perillus æneo tauri inclusus, boans.*

Insens pro fonte ne luat. *Manes Florentius nudus.*

Quod in alterâ deficit, id in alterâ plerunq; natura compensavit parte. *Ilo nas Schweikerus.*

Commorandi nobis diversorum natura, non habitandi debet. *Maximilianus I. arcam lignam circumrectans.*

Regiæ voluntates plerunq; ut vehementes, sic mobiles sunt, ac sàpè ipsæ sibi adversæ. *Alexander Magnus Clytum occidens, eundem postea acerrime deplorans.*

Homo sum, humani nihil alienum à me puto. *Carolus V. Imperator.*

Christus redemit à potestate Sathanæ Ecclesiam suam. *S. Georgius eques, draconem perinens & virginem eripiens.*

Consilium de redimendo genere humano, lapso, representatur per Diabolum primos parvus nostros accusantem &c.

Christus sanguine suo effuso vitam nobis reparavit. *Pelicanus cum pullis.*

Munera ingrata alicui offerre. *Immolare Veneri suum.*

Ferenda animo æquo sunt necessaria, inq; lucris eponenda. *Musci iuri immersi.*

Plerunq; nihil est, qui ipse se magni æstimat. *Mercurius & stux Marpiss.*

Ferè homines, quid quoq; tempore fiat, non quid aliquando factum sit, spectant: & unum sàpè delictum exiguum, memoriam multorum egregie factorum delet. *Afini lapsi.*

Mutare dominum non nisi in pejus datur. *Afinus coria gestans.*

Qui

Qui laudis alienæ decus sibi ntitur gloriando vendicare, valde est ridiculus. *Musca temoni insidens.*

In deligendo magistratu animi bona potius spectari, quam corporis debent. *Pavo & monedula.*

Aliena si ætimaris infortunia, tunc æquiore mente perferes tua. *Afinus, simia & talpa.*

Sunt qui in reipub. in gratiam populi omnia agunt, verum suo & reipub. magno malo. Cum enim se multititudini temerarijs impletibus citatæ abripiendos dederunt, neq; corrigerre postea, neq; inhibere confusionem eam valent. *Caput & canda draconis.*

Quæ quis pericula est passus, hoc lucri hinc habet, ut in posterum vitare illa noverit. *Canis macer & lupus.*

Qui alias accusant facilè, ij sèpè ipsi sceleris perpetrati fuere autores. *Christophorus os lardo oblitum habens.*

Avari bonis partis non audent frui. *Tantalus inter aquas & poma.*

Artes liberales & disciplinæ honestæ non ex invento humani ingenij: sed ex inexhausto divinæ sapientiæ fonte dimanarunt. *Pallas profiliens ex crano Iovis à Vulcano aperto.*

Aurum per antimonium purgare & fortificare. *Projicere regem sive leonem lupo devorandum.*

Essentia auri rectè præparata curat epilepsiam & lepram. *Epilepticus & leprosus bibentes aurei fontis aquam.*

Abstinentia magnum habet momentum & compendium ad omnem virtutem. *Rose jucundissimum odorem spirantes, licet minimo nutrimento fruuntur.*

Ætatis dum ver agitur, tum consule brumæ. *Formica.*

Non oportet amicorum ob intermissam vitæ consuetudinem oblivisci, sed memoriam illorum semper nobiscum circumferre. *Ciconia reversa eundem semper nidum repetens.*

Nec quæ præterit rursus revocabitur unda. *Aqua ex gutturnio alte destillans.*

Quidam potentes ministros, quò eis perpetuò uti possint, pre-  
munt, ne si emerserint, servitutis tædio aulæ valedicant.  
*Formicæ, triticum eâ parte, quâ germinare incipit arro dentes, ne sibi id inutile reddatur.*

Bene-

Simili-  
tudines

Benevolentia in multos distracta languescit & evanescit tandem. *Iluvius in multos rivos diductus.*

Non statim melior vir est, cui fortuna splendidior. *Navis splendida cum malo gubernatore.*

Oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. *Serpens aneus à Mose erectus, & à populo ægro inspeitus.*

Qui tentant id, quod non queunt efficere, non debent accusare fortunam, sed suam dementiam. *Venerari lepores bos, vel iugulari aratro.*

Conjuncti pollent etiam vehementer inertes. *Fasciculus telorum, vel filorum.*

Conscientia malefacti relinquit notas perpetuas in animo. *Ulcus vel vulnus cicatricem post sanationem relinquens.*

Homo curis hujus vitæ nimirum occupatus, licet pro sua industria multum præstare & sublimia tractare cœlestiaque possit: rerum tamen mundanarum mole deprimitur ac prohibetur. *Avis corpulenta admodum.*

Viri prudentiores jure merito illorum saevitiam detestantur, qui ferro, flammâ, flumine, fune, religionis suæ ritus arbitrantur tuendos, vel contra eos, qui non præfractè in capitibus & fidei fundamentis: sed in ceremonijs, & (absint) tantummodo seditione actiones, & contemptus magistratum traditionibus quibusdam humanis ab illis dissentient. *Hortus varijs floribus resertus.*

Omnia desiderata magis, quam assiduè percepta delectant. *Egravimbo resurgens.*

Populus sua sponte pacatus, hominum seditionorum vocibus & violentissimis tempestibus concitari solet, quemadmodum mare, quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitari videmus.

Dare ijs, qui non egent. *Equus Imperatoris mingens.*

Summo conatu aliquid agere. *Ambabus manib. hauriens.*

Multi ea, quæ per se pulcherrima sunt, contaminant, admistis ijs, quæ sunt turpissima. *Cæno puram aquam turbans.*

Propalare secreta indignis. *Projectio uniuersum ante porcos.*

Trepidare ubi non est trepidandum. *Umbra suam metuere.*

Potentiorem superare. *Hinnulus equum.*

Qui simulatā vitæ emendatione ad vitia consveta redēunt,  
idem videntur facere, quod sues faciunt, à lotione in luto se  
födē volantantes; vel quod canes, vomitu rejecta iterū devo-  
rantes.

Præter spem aliquid recipere. *Ex ore lupi.*

Mutare sententiam. *Vertere vela.*

Morbo desperato laborare. *Mors in olla.*

Laborare in vanum. *Lotio laterum. Excoriatio canis extoriati.*

Facere sumptus supervacaneos. *Mortuum unguento perunge-  
gere, vel bovem immolare.*

Defunctos insectari. *Ingulare mortuos.*

Præpotenti illudere. *Leonem radere.*

Provocare aliquem, qui rixarum avidus est. *Irritare crabro-  
nes vel stimulare leonem.*

Occultare sua vitia. *Monstrum alere.*

Malum malo addere. *Incendium oleo restinguere.*

Quidam conantur damnare ac convellere ea, quæ antiqui-  
tas magno consensu approbavit. *Cornicun oculos configere.*

Multitudo numerosior & concors, licet imbecillior sit, non  
innoxie provocatur. *Inspuere in cavernam formicarum.*

Cum potentiore litigare. *In cælum spuere vel contra stimulum  
calcitrare.*

Qui extrema experiuntur, alienant à se eos, cum quib. agunt,  
& universæ rei jacturam faciunt, dum plus fatis attenti  
sunt ad lucrum. *Funem abrumpere nimium tendendo.*

Rem omnibus suis partibus absolutam curare. *Summum fa-  
stigium imponere, vel umbilicum applicare.*

Cavendum ab ejusmodi hominibus, qui coram blandiuntur,  
clam obtrectantes: qui palam amicos agunt, clanculum  
nocentes. Falsam enim beneficij spem ostentant, ut naeti  
oc casionem, funditus evertant. Similesq; sunt ijs, qui ca-  
nes pane, quem alterā manu ostentant, pelliciunt, ijs autem acce-  
dentinibus propriis, saxum, quod alterā oculunt, illidunt.

Quid me sponte meā currentem, maximè Atrida Extimulas?  
*Currentem incitare.*

Ingratum esse in benè de se meritos. *Columba.*

Ante justum tempus appetere matrimonium. *Hircus.*

Febru ex radijs solaribus contractā perire. *Scarabæus cœcus.*

Mulier optimè laetans & nutriendis infantem. *Vespertilio.*

Sæpè parens filiorum altero, quem nimirūm diligebat, amissio,  
cogitatur alteri, sibi inviso hæreditatem relinquere. *Simius  
major, minorem insequentem habens.*

Ab infidijs hostium summoperè cavendum est. *Grus cum la-  
pillo.*

Oportet non tantū fortē sed etiam temperantē esse.  
*Taurus.*

Stulti adeò sunt sæpè homines, ut rebus in arctis Confugiant  
ad eos, quibus ultrò lädere mos est. *Passer & noctua.*

Multi homines sibiipsi sunt damni ac pernicie autores. *Ca-  
stor.*

Febru correptus, nullum medicum adhibuit, sed sibiipsi me-  
dicatus est. *Leo simiam devorans.*

Afflentatio pernicioſa est ijs, qui illam admittunt. *Cervus cum  
tibicine.*

Aurum solutum in præcipitatione amittit suum splendorem.  
*Sol patiens et clypsin.*

Aurum præcipitatum edulcorare. *Soli vel regi faciem abluere.*

Aqua fortis solvit ferrum. *Struthio camelus soleam equi ferream  
devorans.*

Argentum vivum effensificatum licet sit summoperè corrosi-  
vum, & venenum viperino non mitius: vis tamen ejus cor-  
rosiva auferrī potest, remanente alexiterio longè præstan-  
tissimo & mitissimo. *Aquila, draco, columba.*

Veluptates nostræ amaritudinis & asperitatis sunt plenissi-  
mæ. *Rose fragrantes, spinis undig, obsite.*

Pius ac generosus animus magis à cœlo pendet, unde etiam  
ducit originem, quam à terrâ, in quam vivit. *Unio, cœli fa-  
ciem reddens.*

Mens nostra corrupta, aliena vitia magis spectat, quam sua.  
*Oculus.*

Deus neq; principum neq; finem habet. *Circulus.*

Poëtae boni seniores, fere elegantiū & sapientiū scribunt.

*Cygnus.*

M 2

Turpe

## Hiero- glyphica.

Turpe est, virum ampliori aliquâ dignitate tituloq; honestatum, nullâ vel maiestatis vel decori ratione habitâ, vilissima quæq; sectari, sordesq; omnes perscrutari. *Elephas mures venans.*

Vires atq; opes humanæ affluunt subitò, repente dilabuntur, nullo in loco: nullâ in personâ stabilibus nixa radicibus consistunt: quosq; modò in sublime extulerunt, improviso recursu destitutos in profundo clodium miserabiliter immergunt. *Fortuna rotundo lapidi infidens.*

Fides in Christum facit, ut possimus clamare Abba, Pater. *Sala Iacobi.*

Deus Josephum valde extulit, ita ut non tantum omnes Ægyptij, sed etiam pater & frates ejus se in terram incurvarent, honorem ipsi habentes. *Sol & undecim stellæ sese coram Iosepho incurvantes.* Velfascis Iosephi stans erectus, fascibus fractum ad terram pronis.

Georgius Castrionotus, vulgo Scanderbegus dictus, vir fuit clarus bello factisq; qui Turcarum hostis acerrimus, dux felicissimus, Christianæ fidei propugnator, ac Veneti imperij cultor exstitit. *Serpens à matre somniante enixus, magnitudine suâ totam ferè Epirum operiens, & caput inter Turcarum fines protendens, eosq; absorbens, casum in mari Venetorum tenendo.*

Cum Alexander Magnus Tyrum obsideret, & Tyrij fortiter resisterent, impetusq; ejus diu eluderent, valde solicitus Alexander fuit, quod hęc diuturna obsidio illi quasi à cursu victoriae contra Orientem destinatae, remoram iniiceret. Sed tandem tamen eam expugnavit. *Satyrus inquietè ei enim illudens, volentig; illum capere, fugā elabens, qui demum multa orans & circumcurrentans in manus eius venit.*

Pocillator post tres dies restituetur in statum pristinum, porrecturus Pharaoni poculum in manus ejus, quemadmodum fecit antè, quām in carcerem coniijceretur. *Vitis trium palmitum cum uvis maturis, expressis in poculum Pharaonis, porrigendum à pocillatore.*

Astyages regnum suum amittet, & suo ex filiâ nepoti cogetur concedere, qui universam Asiam insuam potestatem rediget.

### Somnia & visio- nes.

rediget. *Vitis ex filiae naturalibus enata, cuius palmita tota Asia obumbrabatur.*

Per septem annos, magna annonæ erit vilitas: post alij septem sequentur anni, in quibus annonæ maxima erit charitas & penuria, ita ut superiorum illorum septem annorum nullum sit amplius remansurum vestigium, quippe fame totam regionem consumente. *Septem vaccæ pingues à macilenta devoratae. Vel Septem spicæ ex unico culmo assurgentæ, pulcherrimæ, deglutitæ à spicis alijs septem gracilimis.*

Mulier ista pariet tres filiolas, quæ tamen mensem unum non supervivunt. *Mulier videns tres effigies sui in lunâ.*

Filio tuo, quem unicum & charissimum habes, non diu gaudebis: brevi enim morietur, morbo lethali correptus, id eoq; diligentem ipsius curam habebis. *Oculus in dextrâ mammilla enatus.*

Decreverunt non esse castrametandum, sed generosè irruendum, & congressu toto animo ac virili facto, de rerum summâ decertandum. *Gladius à Hieremias Iehuda porrectus.* Filius tibi nascetur, qui in patriâ suâ ad maximam dignitatem & potestatē evhetur, ut eum tota urbs sit veneratura & admiratura. *Aquila ungibus intestina è corpore patris elevata & in foro coram multis reponens.*

Causam in iudicio obtinere. *Coronam ex victoriâ reportare.*

Nunc duo concordes animâ moriemur in unâ. *Duo juvenes mutuo complexu hærentes & mortem subeuntes suo Nuce.* [Prima literæ & totius conceptus formatio]

Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus usu. *Vitis major, sub qua alter alteri pecuniam enumerat, & ad certum tempus concedit.* [Prima syllabæ, & conceptus figuratio]

Verba neminem movent, nisi eum, qui ejusdem lingvæ societate junctus sit. *Homo tentaus seram Herbâ recludere: re autem non succedente, clavem genuinam adhibet, quam è manicâ depromit.* [Prima votis & conceptus formatio]

Frustrâ eos appellamus, quorum auris atq; animus à nobis abhorret. *Fridericus napelli noxas commemorat, à quo auris auditoris abhorret.* [Principiæ vocis Appellamus (imò Auris etiam) & prima quoq; simul literæ formatio]

Modus  
ex omni-  
bus vel a-  
liquibus  
dūtaxat  
composi-  
tus.

*ARS MEMORIAE.*

93

Senes ægerrimè dediscunt vitia , quæ pueri didicere . *Senis e-  
rectio.* [formatio vocis primæ , & conceptus per proverbium]  
In ipsis rebus , quæ discuntur & cognoscuntur , invitamenta  
insunt , quibus ad discendum cognoscendumq; movemur .  
*Puer Discum habens corbis contenta contemplatur , in quo castaneas ,*  
*quibus delectatur , scit contineri .* [Formatio vocis præcipua Di-  
scuntur , & conceptus per similitudinem à puero desumptam ]  
Qui studet optatam cursu contingere metam , Multa tulerit ,  
fecitq; puer , sudavit & alsit . *Tabellaris sub Quercu fasci-  
lo deposito quiescens , & cessante sudore , algere incipiens .* [Forma-  
tio literæ primæ & suorum totius ]  
Sæpè alius peccat , alius plectitur . *Lapis ad Sepem projectus , à*  
*cane morsus .* [Formatio primæ vocis , & conceptus per simili-  
tudinem , à cane & lapide petitatam ]

*N O T A .*

Proximè sequentes tabule , nimirum decima , undecima , & duodecima  
ab hac nonâ tabulâ dependent totæ , nihil ferè novi docentes , sed tantum  
ad explicationem hujus majoremq; diluciditatem formandarum integrâ-  
rum sententiârum facientes .



*TA-*

## T A B U L A X.

## DE HISTORIIS ET FABULIS.

<i>Historia Simsonis.</i>	<i>Divisio in membra principaliora, horumq; figuratio.</i>
	<i>Fabulas.</i>
<i>Historia &amp; Fabula.</i>	<i>Pater senex &amp; filius adolescentulus asinum p̄ se agentes absque sarcinā.</i>
	<i>Filius asinum descendens.</i>

<i>Angelus Manoachi uxori apparenſ.</i>
<i>Nuptiæ Simsonis cum Thimnath celebratæ.</i>
<i>Leo disceptus.</i>
<i>Mel in ore leonis.</i>
<i>Ænigma Pelitschæis propositū.</i>
<i>Trecenti viri occisi, horumque exuviae.</i>
<i>Vulpes trecentæ.</i>
<i>Afini maxilla.</i>
<i>Fons erumpens.</i>
<i>Valvæ portraum.</i>
<i>Delilæ vincula &amp;c.</i>
<i>Pater senex &amp; filius adolescentulus asinum p̄ se agentes absque sarcinā.</i>
<i>Filius asinum descendens.</i>
<i>Pater asino insidens, filio pedite.</i>
<i>Pater &amp; filius asino simul vecti.</i>
<i>Iidem eundem, palo inter colligatos pedes immisso, humeris suis gestantes.</i>
<i>Multitudo hominum accurrens, &amp; risu emoriens.</i>
<i>Pater furore pereitus.</i>
<i>Afini ab aggere alto, in fluvium præcipitatio, &amp; submersio.</i>

*Quod si sententia aliqua insignis, phrasis, figura, vel aliud quid notatu dignissimum occurrerit, huic peculiarem figuram ut constitutas, opera est precium.*

TABU-

## ARS MEMORIAE.

## TABULA XI.

## DE CONCIONIBUS ET ORATIONIBUS.

Concio-  
nes & o-  
rationes  
vel:

*Audiuntur.* Procedendum hīc, quemadmodum cum historijs & fabulis fieri debere diximus. Ante omnia autem diligenter observanda, locanda & formanda sunt:

Habentur.

## NOTA.

De formatione citationum simplicium & compositarū, diligenter scripsit Austriacus ad quam lectorē remitto.

Citationes autē librorum & capitū qui formetur ex sequentiib⁹ exemplis colligentes.

Dividantur in partes principales, & minus principales, quarum quālibet suo loco, formatur applicetur.

Supervacaneum est, omnes periodos velle locare & formare. Qui tamen hoc volet, si tot loca & imagines, quot sunt periodi, formare necesse habet. Si auctōrē aliquēc allegare voluerimus, in ejus locum surrogandus est amicus, aut aliis quis, qui nobis sit notissimus, quiq; id nominis obtineat. Cūm verō non semper hujusmodi nomina nobis suppetant: consulenda erit tabula superior numero septima: hæc siquidem plures, propria figurandi, modos docet.

Matth.8. *Matthæus* librum in manu habeat, cui impositum sit sertum semel contortum. Vel ad sit *Matthæus* (sine libro) arenarium in manu gerens.

Hebr.8. *Paulus* habeat in dextrâ librum Hebraicē scriptum, sinistrâ autem ocularia naso imponat.

Marc.3. *Marcus* super sellā tripodali sedens: tres digitos erigens: tripodī cereos funiculos applicans, vel tres lineas rubras ducens.

2. Joan.3. *Ioannes* aliquis dextrâ bidentē vel anatē, lèvā verō cornettam, triangulum aut trifolium ostendens.

Gal. de facult.aliment. 9. *Galenus* aut aliis quidā *Medicus* clarissimus comedens pyrū oblongū, quod ori admovet.

Exordium
Narratio
Propositio
Divisio
Confirmatio
Exempla
Refutatio
Peroratio.

## TABULA XII.

DE CANTIONIBUS, VERSISUS ET  
ALIIS RYTHMIS.

Cantio-  
nes, ver-  
sus & alij  
rythmi.

Summa rei:

*Vox.*

**Prima.** Sic in sequenti cantionis membro, formetur tantum vox *Serva*, per aliquem modorum, quos exhibet Tabula superior, numero octava de verbis.

**Servare** Deus verbum tuum,  
Et frange vires hostium,  
Qui Jesum filium suo  
Turbare conantur throno.

## N O T A.

Primā votū formatā sicq; in memoriam revocatā, reliquæ sponte, beneficio metrorum seu pedum, plerung; fluunt, ut appareat ex præcentoribus in templis & scholis.

**Precipua.** Sic in seq. exemplo sufficit figurasse vocem *Gregis*, secundum tabulam superiorem, quintam numero.

Ostende nunc potentiam,  
O Christe, rex regū tuam:  
Defende parvulum gregem,  
Qui te fatetur principem.

*Sola.* Sic uni loco includo *Elisæum* Spiritū oris sui, *filiolū Schunammitidis* mortuū vivificantem, pendente ad lectum *lyra*, quam illi in manus dat, cumq; fidib. canere & bono animo nūc esse jubet. Alteri loco affingo imaginē *vulpis* è puto profundo, auxilium à prætereunte lupo petentis.

Vivificator Spiritus,  
Concordiam dā cordibus:  
Ades periclitantibus,  
Cum morte conflictantibus.

Cum notatione &c. Pag. 97.

N

Cum

Literæ. Elia faciem operiens,  
postquam Dominum sollo insidetem,  
Seraphimq; astantes, & San-  
ctus, Sanctus, Sanctus, cantantes au-  
disset & vidisset.

Deo Patri sit gloria,  
Ejusq; soli Filio,  
Cum Spiritu paracle-  
to,  
Nunc & per omne se-  
culum.

Cum no-  
tatione  
prioris  
vel:

Syllabe. Albertus undū  
submersum eripit, qui  
præ gaudio cantillare,  
eiq; maximas gratias  
agere incipit.

Alle deine Wässerwagen/  
Deine Wellen allzimal/  
Über mich zusammen schlagen/  
Doch tröstich mich in Trübsall/  
Dass du helfsen wirst bei tag/  
Dass ich des Naches singen mag/  
Dich als meinen Heyland preise/  
Anruss vnd anbet mit fleisse.

Vocis. Sic in exemplo sequente  
vox Angelis formanda simul  
est cum toto rei conceptu: id  
quod varijs modis fieri po-  
test, prout ex fabulis superio-  
ribus videre est.

Angelis curæ genus esse no-  
strum,  
Qui DEUM vero colimus  
timore,  
Aspice, exemplis probat-  
hæc abunde  
Pluribus ætas.

## NOTA.

Raro figuramus primum canticum alicujus membrum, ut quod  
omnibus fere est obvium ac notum.



TABU-

## T A B U L A XIII.

DE SYLLOGISMO ET ENTHYMEMATE.

Syllo-  
gisni  
locan-  
tur vel  
secun-  
dum.

Medium  
terminū,  
positum  
in loco  
vel;

Solitario. Omne animal rationale est homo. Mulier est animal rationale. Ergo est homo. Medius terminus est rationale, nomen videlicet adjectivum, quod formo secundum tabulam septimam, ponoq; in locum rationalitatis (quae hic eadem est atq; sapientia) vel:

Subjectum: Salomonem dia-  
dematum, tribunali eburen-  
eo insidente & sapien-  
tissime judicium exercen-  
tem. Vel pono Elephantem,  
tanquam animal inter ir-  
rationalia, maximè pru-  
dens, quippe cui etiam  
nonnulli aliquid rationis  
ascribere non sunt veriti.

Oppositum: Amentem vide-  
licet alieni quippiam à ra-  
tione agentem.

Signum: Arithmeticum ali-  
quem. Numerare enim  
certissimum rationalita-  
